



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


Apologiae Ivsti Velsii Hagani, Confutatio

Slotan, Johann

Coloniae, 1557

VD16 S 6730

urn:nbn:de:hbz:466:1-29884



ms
re
v


11
11

5

M. 1425.

f. 1v.

4.



IV

Per D.
Th.

Et r
quia

Excus

Apologiæ
IVSTI VEL
sui Hagani,
Confutatio.

Per D. Iohannem Storanum Gessensem, Sacræ
Theologiæ Professore, & Hæreticæ praes
uitatis Inquisitorem.

*Et respondebo exprobrantibus mihi uerbum,
quia speravi in sermonibus tuis. Psal. 118.*

COLONIAE

Excudebat Iaspas Gennepæus. Cum Gratia
& Priuilegio Cæsareæ Maiestatis.
Anno M. D. LVII.

*Iustus es dnr Cæsar
pudum tuius*

RE
MN
PH
Hag
fen
&



ri, ne, in
Hieronymus
ueritate
non per
cutitur si
sum insip
sius edito
bello insip
so declara
Mambres
tati, hom
cuius insip
dum & ill
gnus sit, cu
etatur har
confutasse

REFUTATIO CALV- MNIARVM ET BLAS- PHEMIARVM, IVSTI VELSII

Hagani. Per D. Iohannem Slotanum Ges-
fensem, Sacrae Theologiae Professore,
& Hæreticæ prauitatis Inquisitorem.



VM scriptura sacra (pie ac
Catholice lector) doceat, esse **Proū. 26**
respondendum stulto iuxta stul-
titiā suam, ne sibi sapiens es-
se uideatur. Non aduersatur ta-
men huic scripturæ, alia ipsius
sententia, quæ prohibet stulto,
iuxta stultitiā suam responde-

ri, ne, inquit, ei efficiaris similis. Vtrumq; enim (ut
Hieronymus ait) pro temporum & personarum di-
uersitate cõcordat, dum & stultus contemnitur, quia
non percipit sapientiam, & stulta superbia, alia de-
cutitur stultitia, iuxta quod Apostolus dicit: Factus
sum insipiens, uos me coegistis. Quoniam itaq; Vcl **2. Co. 22**
suis edito pestilentissimo responsonum suarum li-
bello, insipientiam suam, imo & impietatem uniuers
so declarauit orbi. (Nam quemadmodum Iannes & **2. Tim. 3**
Mambres, restiterunt Moysi, ita & iste restitit ueris
tati, homo corruptus mente, reprobus circa fidem,
cuius insipientia manifesta erit omnibus, quemadmo-
dum & illorum fuit) & licet interim liber eius indig-
nus sit, cui respondeatur, & tam manifestas comple-
ctatur hæreses & blasphemias, ut easdem indicasse,
confutasse sit, ne tamen homo stolidus & arrogans,

A 3

nimia

4 REFUTATIO CALVM

nimum sibi sapere uideatur, respondebimus ei iuxta
stultitiam suam, non odio aut inuidia ulla erga homi-
nem commoti, sed zelo pio, & pro Christi dei nostri
gloria, & orthodoxa ac catholica fidei assertionem.

¶ Principio itaq; in salutacione epistola uel praes-
fationis ad Casarem, Regem Romanoru, Principes
Electores, & reliquos Imperij status, scribit se inuis-
iti dei, Christi q; eius seruum, & uocatum Christianu
Philosophum. Quid sibi uult ista nouitas? Quid hoc
esse causa arbitramur, nisi quia illa mater omniu he-
reticorum superbia, impulit homine, ut haec sibi as-
scriberet? Sic olim Cherinthus dicebat per reuelati-
onem dei & angelorum se habere doctrinam, quam
contra apostolicas traditiones praedicabat. Simon Sa-
maræus, dei uirtutem se esse praedicabat. Maximila-
la & Montanus affirmarunt in se solis adimpletas
fuisse promissiones Christi de spiritu sancto, longe re-
dundantius, quam in apostolis, quod & homines cars-
nales & perditissimi, nitebantur comprobare. Sic ol-
lim Manes hoc superbia spiritu afflatus, scripsit se
apostolum Iesu Christi, prouidentia dei patris, quem
admodum S. Augustinus testatur, lib. contra episto-
Manichæi, quam uocant fundamenti, cap. 5. nimiru,
ut non missum se a paraclete uellet uideri, sed ita susce-
ptum, ut ipse paracletus diceretur. Sicut Iesus Chri-
stus homo, non a dei filio, id est, uirtute & sapientia
dei, per quem facta sunt omnia, missus est, sed ita sus-
ceptus secundum catholicam fidem, ut ipse esset dei fi-
lius, id est, in illo ipso dei sapientia, sanandis peccato-
ribus appareret. Sic se ille uoluit a spiritu sancto, que
Christus

Christu
audiam
apostolu
qui cum
cia ista,
Velsii, q
ciam, fo
laqueet,
sum ad e
uit. ¶
hoc peru
stum in a
mo ore, a
admodum
tem nunc
ad instar
seruum I
tum apos
Paulus u
scribat se
re plurib
ut ipse u
fuisse, mi
sti, aut (ut
uinctus in
non dubit
stola ad F
tores, re
se ad hoc
laudanda

IVDOCI VELSII.

Christus promisit, uideri esse susceptum, ut cum iam
 audiamus Manichæum spiritum sanctum, intelligamus
 apostolum Iesu Christi, id est, missum a Iesu Christo,
 qui eum se missurum esse promisit. Singularis audacia
 ista, & ineffabile sacrilegium. Nouitas ergo ista
 Velsii, quondam nescio quam uidetur redolere fallaci-
 am, forte ut simplicioribus imponat, & incautos il-
 laqueet, dum credunt hominem a deo uocatum & mis-
 sum ad ea peragenda, quæ Colonia & alibi designa-
 uit. ¶ Porro qualis seruus Iesu Christi sit, libello
 hoc peruersissimo satis luculenter indicat, in quo Chr-
 stum in adorando Eucharistiæ Sacramento, blasphem-
 o ore, appellat idolum, deum frumentaceum, quæ
 admodum paulo post perspicuum faciemus. Quod au-
 tem nuncupat se uocatum Christianum Philosophum,
 ad instar Pauli apostoli facit, qui se subinde scribit
 seruum Iesu Christi, & uocatum apostolum, uel uoca-
 tum apostolum Iesu Christi, per uoluntatem dei. Sed
 Paulus ueraciter, Velsius autem fallaciter. Sed cum
 scribat se ab iniusto, tyrannico & oligarchico carcer-
 e, pluribus mensibus inhumaniter, contra omne ius
 (ut ipse uult) & honestatem, inclusum ac detentum
 fuisse, mirum cur non addiderit, incarceratus Iesu Chr-
 sti, aut (ut Paulus inquit) uinctus Iesu Christi, aut ego
 uinctus in domino. Sed ad rem. Cum dicit se uocatum,
 non dubium quin intelligi uelit a domino. Nam in ep-
 stola ad Ferdinandum Rom. Regem, Principes Ele-
 ctiores, reliquosq; Imperij status, apertissime scribit,
 se ad hoc ministerium a deo uocatum, ut contaminatam
 laudandarum artium Philosophiam expurgaret, atq;

6 REFUTATIO CALVM.

instauraret, & dicit uocationem suam ex deo esse. Et
in epistola ad Archiepiscopum Coloniensem, scribit
se non solum humanitus, ex promotione ac profes-
sione sua, ad philosophicam professionem (quam mens-
titur flagitiose deformatam, ac tantum non penitus
in Coloniensi Academia collapsam) reparandam in-
staurandamq; uocatū, sed etiā diuinitus. Quod clare,
si ab eo requiratur, docere possit. Sed eius rei nulla
adhuc documenta audiuius uel uidimus, nisi quod
sub prætectu reparationis studiū philosophici conaba-
tur erronea & hæretica sua dogmata inuehere in
hâc urbem, in qua ut uera & catholica fides, ita & in
eius Academia satis recte docetur philosophia. Por-
ro solet deus uocationem eorum, quos ad nouum aliq;
quod opus peragendum mittit, signorum attestatio-
ne ita confirmare, ut indubitam fidem faciat, illos
a se uocatos & missos esse, maxime quando quempi-
am præter ordinem, & legitimam in ecclesia uoca-
tionem, mittere uult. Sic Moses, quum præter com-
munem & usitatum ordinem uocaretur & mitteretur
a domino deo, uocationis suæ fidem fecit corâ fr-
tibus Israel & Pharaone, quemadmodum liber Exodi
abunde testatur, cap. 4. 7. & 8. &c. Aaronis sacerdot-
tium, primo cœlesti igne comprobatum est, ut cap. 9.
Leuit. legitur. Nā apparuit gloria domini, omni mul-
titudini, & ecce egressus ignis a domino, deuorauit
holocaustum & adipem qui erant super altare, turbis
laudantibus dominum, & ruentibus in faciem suam.
Cōtra uero Chore, Dathan & Abiron, & alij ducenti
quinguenta uiri, proceres synagoga, & qui tēpore
Conci

Co
adu
grau
popu
cerer
cord
rieri
ri sol
re fec
tiat e
uiuer
deum
terra
uorac
ti hu
mino
tur ui
tione
qua d
ego fa
sit me
bet de
lite cr
dere,
quit
sione,
firmat
epistol
um en

Concilij per nomina uocabantur, quia cōsurrexerūt
 aduersum Moysen & Aaron, uocatos & missos a deo,
 grauisime puniti sunt. Nam cum Moyses dixisset ad
 populū: In hoc scietis quod dominus miserit me, ut fa-
 cerem uniuersa quæ cernitis, & non ex proprio ea
 corde protulerim. Si consueta hominum morte inte-
 rierint, & uisitauerit eos plaga, qua & ceteri uisita-
 ri solent, non misit me dominus. Sin autem nouam
 rē fecerit dominus, & aperiens terra os suum, deglus-
 tiat eos, & omnia quæ ad eos pertinet, descenderintq;
 uiuentes in infernum, scietis quod blasphemauerunt
 deum. Confestim igitur ut cessauit loqui, dirupta est
 terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum, deu-
 uorauit illos, descenderuntq; uiui in infernum, oper-
 ti humo. Alios autem interfecit ignis egressus a dor-
 mino. Sacerdotium præterea Aaronis testificabat
 tur uirga proferens amigdala. Christus quoq; uoca-
 tionem suam, operibus comprobabat, dicens: Opera
 quæ dedit mihi pater, ut perficiā ea, ipsa opera quæ
 ego facio, testimoniū perhibent de me, quia pater misit
 me. Et qui misit me pater, ipse testimonium perhi-
 bet de me. Et iterū: Si nō facio opera patris mei, nō
 lite credere mihi. Si aut facio, & si mihi nō uultis cre-
 dere, operibus credite. Et denuo: Propter opera (in-
 quit) ipsa credite. Apostolorū etiā uocationem & mis-
 sionē, Christus approbavit, quando eorū sermonē con-
 firmavit, sequentibus signis. Vnde & Apostolus in
 epistol. ad Hebræos: Quum (inquit) accepisset initia
 um enarrari per dominum ab eis qui audierunt, in

Num. 17.

Ioha. 5.

Ioha. 10.

Ioha. 14.

Mar. 16.

Hebre. 2.

ste. Et
 scribit
 ofeβia
 n mens
 enitus
 am ina
 l clare,
 ei nulla
 si quod
 conaba
 here in
 ta & in
 hia. Por
 um alio
 testatio
 at, illos
 quempis
 ia uocas
 er com
 mitteres
 corā sū
 r Exodi
 sacerdos
 t cap. 9.
 mni mul
 uorauit
 e, turbis
 m suam.
 ducentā
 u itēpore
 Conci



REFUTATIO CALVM.

nos confirmata est, contestante deo signis & porten-
 tis, & uarijs uirtutibus, & spiritussancti uarijs distri-
 butionibus, secundum suam uoluntatem. His omni-
 bus adstipulatur S. Iohannes Chrysoft. Homil. 14. in
 Mattheum, ubi scribit in hac uerba: Quando nouum
 fit aliquid atq; inopinatum, & politica cuiusdam in-
 troducio, signa deus facere consueuit, prestans quos-
 dam pignora potentiae suae his, qui legem eius accip-
 pturi sunt. Sic igitur cum hominem facturum esset,
 mundum creauit uniuersum, ac tum demum facto ho-
 mine, legem in paradiso dedit. Et cum etiam Noe le-
 gem positurus esset, magna rursus mirabilia monstra-
 uit, per quae destruxit omnem creaturam, ac terribi-
 le illud pelagus per annum integrum, toto fecit ora-
 be diffundi, iustumq; illum in tanta totius mundi tem-
 pestate seruauit. Abrahamae quoq; multa signa legitur
 prestitisse, ut claram illam de regum bello uictoriae,
 ut insignem aduersus Pharaonem plagam, ut cum de
 uarijs illum periculis liberauit. Sed & Iudaeis cum le-
 ge esset daturus, prius mirabilia illa & prodigia ma-
 gna ostendit, ac tum demum eis praeccepta legis impo-
 suit. Ita hic quoq; cum sublimem quandam uiuendi
 introducere uellet disciplinam, & quae nunquam ab illis
 fuisset audita, auctoritatem mandatis suis prestus-
 xit, claritate signorum. Haecenus ille. Pari ergo mo-
 do, quia Velsius asserit se diuinitus esse uocatum &
 missum, ad reparandam instaurandamq; in Colonien-
 si academia philosophicam professionem, id euidenti-
 bus indicijs ac uirtutibus doceat. Quod si non potest,
 sicut nunquam poterit, scias cum hac falsa assertione
 fingere

fin-
 riun-
 ipsu-
 fene-
 non-
 atq;
 clara
 dicar
 testa
 us ue
 gere
 Dom
 clara
 nante
 pi eis
 & di
 dis su
 Prop
 ipsi p
 quit)
 minus
 runt
 nus, s
 cogno
 uisibil
 firmat
 ei, qu
 eandem
 ti, se e
 asseuer

IV DOCI VELSI.

fingere uocationem dei, & iniuste occupare ministe-
 rium, ad quod a deo uocatus nō est, sed ad quod semet
 ipsum ingessit, ut hac occasione sibi & cōplicitibus suis,
 fenestram aperiat, incurfandi & impune grassandi,
 non solum in academiam, sed etiam totam ciuitatē,
 atq; ut tādē catholicā religionem, penitus ex prae-
 clara hac ciuitate tollat, & Lutheranismum (ne quid
 dicam deterius) introducat. Sic enim olim in ueteri
 testamento pseudo propheta (qui relicto cultu unius
 us ueri dei, idololatriam promouere conabantur) ag-
 gere consueuerunt. Omnium eorū hac una uox erat,
 Dominus misit me. Sed dominus apud Hieremiā des- **Hier. 14.**
 clarat eos a se minime missos, dicens: Falso uaticia-
 nantur in nomine meo. Non misi eos, & non praecē-
 pi eis, neq; loquutus sum ad eos. Visionem mendacē,
 & diuinationem fraudulentam, & seductionem cor-
 dis sui prophetant uobis. Et iterum: Non mittebam **Hiere. 23**
 Prophetas, & ipsi currebant, non loquebar ad eos, & **Ezech. 13**
 ipsi prophetabant. Et apud Ezechielem: Vident (ins-
 quit) uana, & diuinant mendacium, dicentes, ait do-
 minus, cum dominus non miserit eos, & perseueraue-
 runt confirmare sermonem. Quod si dixerit Haza-
 nus, se inuisibiliter missum a deo, & per reuelationē
 cognouisse se a deo esse missum, & missionem illam in-
 uisibilem diuinam, multo esse digniorem illa, quae cō-
 firmatur a deo signis & prodigijs, respondendum est
 ei, quum constet interiorem missionem esse occultam,
 eandem non sufficere cuiquam nude tantum asserens
 ti, se esse missum a deo, quum hoc quilibet hereticus
 asseuerare possit: sed inuisibile illam missionē adstru-
 endam.

endam comprobandamq; esse, operatione miraculo-
rum, uel peculiari testimonio sacrarum scripturarū,
& hic audiendum apostolum & Euangelistam Iohannē
1. Ioh. 4. nem, dicentem: Nolite omni spiritui credere, sed probate
spiritus si ex deo sint, quoniā multi pseudo propheta
exierunt in mundum. Vnde etiam si quispiam
aliquibus signis, & quasi portentis quibusdam ostens-
dere conetur, & semetipsum manifestare, in re gra-
uissima, in negotio religionis, non statim ei leuiter
credendum est. Pulsandus est orationibus deus, & om-
nia remedia prius tentanda sunt, quam priuato ali-
cui spiritui credamus. Nam omnis spiritus priuatus,
Ecclesie minime manifestus, uel hereticus, si contra
Ecclesiam doceat, aut suspectus, si nouitates aliquas,
præter ea quæ tradita sunt, introducit, uel si recta
docet, quoniam absconditus est, non sufficit ad hoc, ut
illi ueluti diuino oraculo, acquiescat aliquis, nisi pas-
senter probet, quod affirmat uel negat scriptura, uel
apostolica traditione, consensu sanctorū uel Ecclesie
firmata. Non est ergo omni spiritui credendum, quia
multi seductores & pseudo propheta exierunt in mun-
dum, qui iactantes impulsu siue impetū spiritus san-
cti, simulatis operibus hominibus imponunt. Qualis
olim fuit impius Mahumetes (e cuius religione
Turcismus mundo natus est) qui cōstanter asseruit se
Prophetam a deo missum, ut legem quæ Iudæis, & eā
quæ Christianis data esset, quod nimis rigida esset, te-
peraret, & quo eius rei fide faceret, instar Moysi uo-
cata plebe, hæc diuino nuncio predicari clamabat.
Nam cum morbo comitiali homo scelestissimus labor-
raret,

raret, quo sepe cadere in terram compellebatur, summa tamen nihilominus impudentia, excogitato dolo affirmabat, sibi angelum Gabrielem loqui solere, cuius splendorem cum sufferre non posset, in terram necessario se cadere. ¶ Messaliani, quos *εὐκρίτας*, id est, orantes appellabant, qui uocantur etiam alio nomine *εὐδοκασταί*, id est, sacrificatores afflati & diuini cuiusdam demonis operationem expectabant, & hanc sancti spiritus praesentiam arbitrabantur. Qui autem integro huius rei languore participabantur, auersabantur operationem manuum uelut malam, somnoque semetipsos tradebant, & somniorum phantasias, prophetias appellabant. Cuius haereseos fuerunt principes, Dadoes, & Sabas, & Adelphius, Hermas, & Symeones, & alij qui ab Ecclesiastica quidem nequaquam Communionem recesserunt, dicentes diuinum cibum, nihil nec prodesse nec ledere, de quo dominus dixit Christus: Qui comedit carnem meam, & bibit sanguinem meum, uiuit in aeternum. Cumque libenter celassent hunc languorem, etiam conuicti impudenter negabant, libro 7. histor. tripartiti. capi. 11. Sed quid haereo in ueterum impostorum uaferrimis machinamentis? Latere certe neminem potest sanguinarij illius, & seditiosissimi haeretici Hollandi (ut habeat Velsius hominem e patria sua prognatum, & si placet ei, uocet eum etiam Hollandicae nationis decus, & Anabaptisticae sectae pro-pugnatores eximium) Iohannis a Leyden, seditiosissimum commentum, qui ideo se a deo missum affirmabat, ut Monasteriensis Ecclesiae iura & bona inuaderet.

Sed

Sed ut sceleratissimum hominem prætereamus, quot interim experta est Germania, maximo suo malo & incommodo, Anabaptistas, (spirituales si superis placeat loquor homines) qui se solos iustos, & peccare non posse existimabant? qui credebant adeo se spiritu impletos & inebriatos, ut iam deinceps nec errare, nec peccare possent, nullum omnino doctorem aut monitorem admittentes? Imo inuenti sunt, eo insanie ac furoris peruenisse, ut sacram scripturam negaret, & solum spiritum iactarent, cuius impulsu (ut delirabant) audacter sibi sumebant prædicandi officium. Nec defuerunt, qui sibi arrogarent diiudicationem spirituum, prædicarentque se agnoscere electos, & fingerent nugas, nescio quas, quibus præpararent homines ad recipiendum spiritum. Multis in locis constat phanaticos homines, per plateas & angiportus, querula uoce clamitasse, Pœnitentiam agite, a peccatis desistite, dominus breui aderit, calicem furoris in manu habet, agite pœnitentiam, imminet uobis manus domini. Alios in plateis, & in angulis platearum, in hospitijis quoque, insanientium more discurre, & concionatos fuisse stupenda, quæ non licet, nisi homini spirituali (ut retinctorum sunt) loqui. Fuerunt quoque qui extases simularent. In quibusdam locis hys præstigijs utebantur: Deijciebat se aliquis ex eorum numero ad terram, perinde atque epilepticus esset, spiritum quamdiu potuit retinuit, ac se in extasi esse simulebat. Horrendam præbere speciem aiunt qui uiderunt. Tandem euigilanti similis, testari incipit super his, quæ in extasi fingebat se uidisse ac didicisse, mentiebatur

tiebatur se uidisse omnes, præter eos qui anabaptis-
 mum prædicant, errare, & catabaptismum iustam,
 sanctamq; rem esse. Fuerunt qui eiusmodi præstigio
 ac ludificatione, iudicij diem ante biennium adfuturum,
 & id genus nugarum suarum constanter affir-
 marent. Quis explicare sufficiat illorum mores, quibus
 plerunq; plus hominibus imponunt, quam ipsa do-
 ctrina, nempe multa magnifica & inusitata uerba,
 quæ proferunt, & reuelationes quas iactitant e caelo
 expositas? quæ tamen omnia uana fuerunt, & emen-
 titata, sicut experientia ipsa docuit. ¶ Hoc spiritu InPræfa-
 ti, æternæ legis, in hac dei ipsius, ac Christi eius cau- tione.
 sa, nõ solum præuaricationem, sed etiam contemptum
 ac proculcationem, non posse non iusto diuini numis-
 nis iudicio, grauissimam sequi punitionem, quam tam-
 men peccata peccatis accumulando, euasuros stolide
 (inquit) atq; insipienter se credunt homines plusquã
 Sodomitica cæcitate percussi. Et fol. 87. extenuare
 uolens sacrilegam blasphemiam Hornecker, insinuat
 deum uoluisse Archiepiscopum, & Senatum ciuitatis
 Coloniensis esse monitum, per proclamationem phar-
 natici hominis, quod nisi relicta huiusmodi horrenda
 idololatria, deum & Christum eius in spiritus ueris-
 tate colerent, futurum ut iusto dei iudicio, non ita
 multo post, in magnam aliquam calamitatem incur-
 rant. Et si quis hoc dixerit (inquit) neq; impiam, ne-
 que absurdam opinionem attulerit. Et in episto. ad
 Reuerendissimum. Atq; hæc quidem (inquit) si T. C.
 fecerit, & deo rem gratam, & Reipub. & Diocæsi sa-
 lutarem

14 REFVTATIO CALVM.

lutarē fecerit, poteritq; sic iustissimam dei irā, quam
 aduersus hanc Dicecesim & Rempubicam, ex causis a
 me alias expressis, conceperit amoliri, suū confirmas
 re Episcopatum, alioquin periculum maximū est (ues
 rum me dicere, inquit, deus nouit) ne in magnam cala
 mitatem, non ita multo post incurras. Haftenus ille
 le. Et in Praefatione *xxi. 1008*, ita scribit: Ita omni
 nino se res habet, ut peiore in loco consistere nō queat,
 & nisi mature huic morbo occurratis, quod pro ue
 stra prudentia uos facturos non dubito, futurum uis
 deo, ut non ita multo post, iusto dei iudicio, maxima
 in hanc Remp. calamitas sit importanda. Ibidē quoq;
 praesumit sibi speculatoris munus usurpare, dicens:
 Cum non ignorem uiri amplissimi, quam graue iudic
 ium ijs impendeat, qui tanquā in specula quadam a
 domino constituti, cum gladium diuinę ultionis ue
 nientem uideant, non buccina insonent, quod nimirū
 sanguis eorū, qui in iniquitate sua capiuntur, de ma
 nu speculatorum sit requirendus, committere nec uo
 lui nec potui, quin me tremendi huius iudicij metu li
 berans, uobis hodie aperte exponerem, quam peris
 culoso in statu, & huius Vniuersitatis res, cuius prae
 cipua uobis ex officio cura incumbit & aliarum non
 paucarum, quantum ad Philosophiæ studia pertinet,
 uersetur. In Praefatione autem parabolarum suarū,
 ad uniuersos iudices terræ: Audite (inquit) iudices
 terræ, quæ in sermone domini ad uos locuturus sum,
 & indicate mihi iudicium, quod in uirtute dei uos
 bis sum propositurus. In sermone (inquit) domini &
 uirtute dei. Religiosa plane uerba, sed mendaciter a
 simulatore

fimu
 Cin
 ab i
 ut pe
 conc
 sio? E
 quod
 lis ca
 derun
 homi
 cum a
 tas, a
 lum q
 ipsu
 stum i
 dū qu
 ut ad
 stū, c
 tract
 re, qu
 cōstit
 mniū
 ta uer
 hanc u
 stand
 eūdos
 laret.
 accens
 ligeret
 suæ cō

Simulatore prolata. ¶ Porro primā suam parabolā
 (in qua semetipsum insinuat, post sanitatem acceptā
 ab insigni illo medico missum ad extimulandū alios,
 ut petant & accipiant salutē) cum dira cōminatione
 concludit dicens: Erit ne his propter iniquitatē eua-
 sio? Et non eripiet rex ille animam seruisui, e reti
 quod ipsi sine causa absconderunt? Et non ueniet illi-
 lis calamitas, quam ignorant, & captio quam abscon-
 derunt; apprehendet eos? Vbi (sicut diximus) per
 hominem sanatum semetipsum indicat, & per eos quī
 eum audire recusarunt, quos apprehendet calamitas,
 aduersarios suos significat. Porro quam ridiculus
 lum quod in secunda parabola, homo uanissimus se-
 ipsum introducit, sub nomine uiri quærentis Chris-
 tum in terra, eiusq; regnū, quem scribit per ueneran-
 dū quendam senē, & alios quosdā, eo tandē promotū,
 ut ad dexterā dei patris in cœlestibus cōsidentē Chri-
 stū, eiusq; diuinum regnū spiritus sancti ab ipso quasi
 tracti & profecti, ui copactum & coagmentatū, cla-
 re, quatenus homini in carne adhuc, sed supra carnē
 cōstituto, fas est, conspexerit. Spectaculum, inquit, o-
 mniū spectaculorū longe pulcherrimū, & in quo tan-
 ta uera beatitudinis cernitur portio, ut si nō alia post
 hanc uitā, quæ infinite haud dubie hāc excedet, expe-
 ctanda esset, uel sola ad quātumuis multiplicatos subs-
 eūdos labores, extrema etiā ignauia hominē extimue-
 laret. Qua contemplatione fingit deinde hominē illū
 accensum fraternæ dilectiōis ardore, simulq; & intels-
 ligeret Christi uolūtātē esse, ut peccatores ab errore uie
 suæ cōuerteret, & aīas illorū a morte saluas faceret.

¶ O stolidam hominis stolidissimi temeritatē, quā
 audet fingere se Christum confidentem ad dexteram
 dei patris in cœlestibus conspexisse. Iam plane nō mi-
 nus beatus ipso uase electionis sanctissimo Paulo ap-
 2. Co. 12 postolo, qui scribit se raptum usq; ad tertium cœlū,
 & in Paradisum, ubi audiuerit archana uerba, que
 non licet homini loqui. Imo & multo felicior Paulo.
 Nam Paulus dicit se ignorare, siue in corpore, siue
 extra corpus fuerit, sed Velsus dicit hominem illum
 clare, quatenus homini in carne adhuc, sed supra car-
 nem constituto, conspexisse Christum confidentem ad
 dexteram patris in cœlestibus. Annumeretur iā post
 hac Velsus (si superis placet) Paulo, annumeretur &
 Actu. 7. Stephano prothomartyri, qui quum esset plenus spi-
 ritu sancto, intendens in cœlum, uidit gloriam dei, &
 Iesum stantem a dextris uirtutis dei. Caterum si Vels-
 sus dixerit nō semetipsum parabola illa indicare uol-
 uisse, sed alium quendam uirum designasse, totius pa-
 rabolæ contextus & scopus, cum arguet falsitatis.
 Nam eo spectat hæc parabola, ut se ostendat uirū il-
 lum fuisse, qui querebat Christum & regnum eius,
 quem quum in cœtu illo magno (cui præerat monstrū
 horrendum, per quod Papam designat, quemadmodū
 circa tertium interrogatorium declarat) non inue-
 nisset, tandem per senem illum & alios quosdam eo
 promotum, ut Christum uideret, atq; hac contempla-
 tiōe, se fraternæ dilectionis ardore accensum, ijs qui
 ipsius fidei commisi erant, de hac uia disserere cepit
 se. Quod cum intellexissent alterius cœtus homines
 (per quos nos aduersarios suos intelligi mult) impes-

tu f
 era
 tuis
 se a
 min
 hac
 Chr
 anim
 ergo
 dia r
 tenti
 cōue
 ut eu
 lius s
 affig
 die, r
 sus
 mort
 mala
 quam
 iram
 sum,
 prop
 sodal
 sione
 tatem
 litian
 uitia
 adie
 minib

tu facto ipsum inuadere conatos, ac quantum in ipsis
 erat perdere. Sed dei uirtute (qua muniebatur) mea
 tuisse, ac idcirco cum ipso aperte congregari non fuisse
 se ausos, & cuniculis oppugnasse, & ficta falsaq; cri-
 mina intentasse. ¶ Sed & hoc obseruandum est ex
 hac parabola, Velsium intellexisse uoluntatem esse
 Christi, ut peccatores ab errore uiae suae conuerteret, &
 animas illorum a morte saluas faceret. Vocatus est
 ergo, uti uult, a deo, non solum ad Philosophica stu-
 dia reparanda restaurandaq;, uerum etiam ad poeni-
 tentiae praedicationem, ut peccatores ab errore uiae suae
 conuertat, & animas eorum a morte saluas faciat. Quod
 ut euidentius cognoscas, optime lector, quoddam il-
 lius scriptum hic subiiciam, quod ualuis templorum
 affigi curauit, anno 1555. ipso sacratissimo paschatis
 die, 14. Aprilis, hisce ut sequitur uerbis: Iustus Vels-
 sius Christiano lectori S.P. Cum misericors deus, qui
 mortem impij non uult, sed ut conuertatur a uia sua
 mala, & uiuat, in magna sua clementia, nobis, quam
 quam id minima ipsius gratia, indignis, iustissimam
 iram suam, cum aduersus orbem Christianum uniuersum,
 tum hanc peculiariter Diocesim & ciuitatem,
 propter horrendam hominum, ex mala institutione,
 sodalitatibus & consuetudine pernitiiosa, a Deo auer-
 sionem, indeq; sequentem opinionis errorem & uanis-
 tatem, diuini numinis contempum, infidelitatem, mas-
 litiam, auaritiam, insolentiam, fastum, libidinem, aliaq;
 uitia uniuersa, reuelare aperte dignatus sit, & certa
 adiecta uocatione mandauerit, ut eam perspicue hos-
 minibus ante oculos poneremus, si qua forte ratione,

B

ad

ad eã (quæ nobis ab eo iniuncta est) pœnitentiæ prædicationem, resipiscant, & impendentem ipsis calamitatem, uitæ emendatione a se amoliantur, ut cū Chrīsto domino resurgentes, in nouitate uitæ ambulent. Reluctari huic sanctæ & salutiferæ ipsius uoluntati & iussioni, nec uoluimus, nec debuimus. Quare die Iouis proximo, qui 18. Aprilis est, hora 9. ante meridīem, in dei uirtute ac robore, nostræ uocationi satisfascentes, hac de re differemus, Esaiæ caput 5. tanquã ad hanc rem maxime accommodatũ, nobis sequendũ & explicandum assumentes. Et si quidem id permittatur in scholis artium, si uero eo loco (quod tamen minime futurũ confido, neq; enim eo impietatis peruentum credo, ut aperte cum deo bellum suscipere aliqui in animum inducant) excludamur, tunc, quod prohibere sane nemo poterit, domi nostræ id faciemus. Manifesta autem, & uocationis nostræ indicia ostendemus, & non obscure quæ impendant mala, nisi se homines mature conuertant, proponemus, ut ex euentu cuius iudicare liceat. Huic scripto subiecta erant uerba, desumpta ex capite 58. Esaiæ, cui a domino dictum fuit: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta uocem tuam, & annuncia populo mea scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Me etenim &c. Quasi si hæc uerba domini ad Esaiã prophetam, potius ipsi uel si homini laico & coniugato, quam pastoribus & legitimis diuini uerbi concionatoribus essent dicta. Sed & eodem die huius florentissimæ Reipubl. amplissimo consuli, scripsit in hunc qui sequitur modũ: Non mirari debes amplissime Consul, quod cum mas
nifesta

nif
tum
mon
di, i
us d
quen
debe
tis e
insist
Cate
nem.
que e
antiq
gred
te ob
deo r
accep
peric
iunct
anno
aliud
plisim
perm
si pro
bis pr
dente
at, fa
is, au

IUDOCI VELSIY.

nifesta reuelatione, a deo rege & creatore meo, apertum mandatum acceperim, exhortatorium hunc sermonem habendi, & hoc tempore id publice indicandi, intrepide id executus sum, nec cum hominibus prius de hac re consultaui. Non enim par est, ut quem deus id facere iubet, ab homine, an id facere debeat, interroget, ut nos perspicue, quae a prophetis & apostolis facta sunt, docent, quorum ut uestigijs insistamus, & recta ratio, & facere iubent literae.

Ceterum ne calumniae aliquis apud tuam amplitudinem, aut etiam honestissimum Senatum sit locus (neque enim quicquam dubito, quin non defuturi sint, quae antiqui serpentis afflati insinuant, calumniari haec agredientur) per explanatorem nostrum Iesum te oras, te obtestans, & uniuersum etiam Senatum, ut debitam deo reuerentiam praestantes, a quo potestatem uestram accepistis, operam deris, ut schola artium nobis sit aperta, & in nostra functione, ab ipso deo nobis iniuncta, in nullo impediamur. Vale, ipso Paschae die, anno 1555. ex Musaeo nostro. ¶ Subijciemus adhuc aliud eius scriptum, quo dira & crudelia minatur amplissimo Senatui Colonienfi, nisi eum ad arbitrium suum permittat agere quae uult. Est autem eiusmodi:

¶ Admonitio ex mandato dei, Senatui Colonienfi proponenda, quo calamitatem, in spiritu eius a nobis prauiam, ac non semel praedictam, iam impendentem, uere resipiscendo effugere queat, quod ut fiat, faxit Deus.

¶ Audi uerbum Domini Senatus Colonienfi, audi uerbum Domini, quem auersione tua, &

obstinatione cordis, ad iracundiã prouocas. Quousq; circundabit te die ac nocte iniquitas? Quousq; erit afflictio & uolentia in medio tui? Quousq; probra in te relinquentur? Quousq; audietis perditionis filij, Antichristi uocem, & seruatoris Christi repellitis? Quousq; dicetis uidentibus, nolite uidere, & aspicientibus, nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt? Loquitur mihi nobis placentia, uidete nobis errores. Auferte a me uiam, declinate a me semitam, cesset a facie nostra sanctus Israel. Propterea hæc dicit sanctus Israel, & uobis, uobis inquam Senatoribus Coloniensibus dicit: Pro eo quod reprobastis uerbum eius, & obstinationem, qua in nomine eius obtestatus sum uos (dicens: Quare per Christi domini pretiosissimam passionem, per eam, quæ inde expectanda est salus, per officium & iuramentum uestrum, per futurum tremendum iudicium, in conspectu omnia uidentis, & incorrupti iudicis, uos uos inquam dominos Prouisores, cum ipso adeo Senatu uniuerso obtestor, ut hanc rem cordi habeatis, & ad reformanda Philosophica hæc studia, serio animum adijciatis, eam quæ uobis a deo benignissimo offertur occasionem minime negligentes) & speratis in calumnia & iniquitate, & innitimini super ea, propterea erit uobis iniquitas hæc, sicut interruptio cadens, & requisita in muro excelso, quoniam niam subito dum non speratur, ueniet contritio eius, & erit contritio eius magna nimis. Cur non reuertimini, & quiescitis male agere, ut salui sitis? Dico enim uobis in domino, & uere dico, quod gladius iræ, & ultionis dei, ad ceruices uestras iam ascubet. Indu

tus est enim iustitia, ut lorica, & galea salutis in capite eius. Indutus est uestimento ultionis, & opertus quasi pallio zelo. Sicut ad uindictam, quasi ad retributionem indignationis hostibus suis. Quoniam concepistis laborem, & paritis iniquitatem, confouetis ouem aspidis, quod erumpet in basiliscum. Opera uestra, opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus uestris. Pedes uestri ad malum currunt, & festinant ut effundant sanguinem innocentem. Cogitationes uestrae, & cogitationes inutiles, uastitas & cotritio in uisceribus uestris, uiam pacis nescitis, & non est iudicium in gressibus uestris. Heu heu, cur uestrum interitum lugere debeo, & non potius in resipiscentia consolationem accipere? Non uidetis signa? Non animaduertitis & agnoscitis, admirandam manum domini? O caeci, atque utique nam caeci essetis, tunc enim peccatum non haberetis. Nunc autem dicitis uos uidere, propterea manet peccatum uestrum. De his ut uos monerem, excitado me, uoluit ac iussit deus, siue credatis siue non, Exitus ueritatem declarabit.

¶ Dei & Christi eius seruus, Iustus Velsius.

Ex quibus omnibus illius scriptis plane arrogantissimis, perspicuum omnibus esse potest, hominem uanissimum sibi arrogare spiritum prophetiae, uocationem dei ac mandatum eius, non solum ad philosophica studia reparanda, sed etiam ad poenitentiam praedicandam, & imminentes calamitates denunciandas a deo excitatum. Vnde & eos qui ei in hoc resistunt, cum deo bellum suscipere dicit. Quae omnia sunt excogitata figmenta, ex inani hominis cerebro promanantia,

22 REFUTATIO CALVM.

nantia, quæ idcirco tã fiducialiter & terribiliter in-
 tonat, quo maiorẽ sibi apud incautos cõparet autoris-
 tatem, & ut eo prætextu, condemnatas hæreses dis-
 seminare possit liberius. Nam quid de religione Chri-
 stiana sentiat, satis euidenter declarat hic responsio-
 nũ liber, qui (horreo dicere) continet tam superba ac
 blasphema, ut mihi non modo adfirmari, sed ne refeli-
 li quidem, sine aliquo piaculo posse uideantur. Vere
 uere, confouerunt Colonienses ouum aspidis, quod
 erupit tandem in basiliscum. Sed hæc fecerunt, cum
 adhuc sub pelle ouina lupũ tegeret, priusquã uidelis-
 cet in apertã hæresim erumperet. At posteaquam cog-
 nouerunt sibi esse impositum ab homine doloso, ac
 fraudum architecto, prudenter impijs illius conatis
 bus obuiandum existimarunt. Nã erupit tandem, ac
 omnibus manifestata est iam illius hypocrisis ac simu-
 lata religio. Mendacia nanq; diu fallere nõ possunt.
 Nox tamdiu est, quãdiu illucescat dies, clarificato au-
 tem die, & sole oborto, luci tenebræ & caligo cedũt,
 & quæ grassabantur per noctẽ latrocinia cessant, ut
 S. Cyprianus diserte dixit. Fallitur ergo miser, & fal-
 lere conatur alios. Non est enim uocatus & missus a
 deo, nec habet mandatum dei, & tamen si forte reuel-
 lationes quasdam habet, non a deo, sed a maligno &
 satanico spiritu prodire existimãda sunt. Nouit enim
 ipse satanas in angelum se transfigurare lucis. Illius
 sunt illæ reuelationes, de quo Christus in Euangelio
 dixit: Vidi satanam sicut fulgur de celo cadentem.
 Illius sunt, qui in lib. 3. Regum legitur dixisse ad do-
 minum: Egrediar, & ero spiritus mendax, in ore os

li. 2. ep. 3

2. Cor. 11

Luc. 10.

3. Re. 22.

MINIMA

innu-
 co sp-
 hoib-
 quib-
 r. sin-
 ab a-
 bis, q-
 secur-
 Hi su-
 non h-
 res su-
 ferri-
 gitau-
 meri-
 fasci-
 sobri-
 tur, q-
 rat se-
 stoli-
 stolos-
 gelũ-
 tur u-
 opera-
 quẽ V-
 rarur-
 pat)-
 simpli-
 sancti-
 nicha-
 te, pie-

24 REFUTATIO CALVM.

non solum in actionibus, sed etiam in oculis, ipsaq;
 (quod aiunt) fronte, relucet. ¶ Caterum quoniam
 Velsius crebro & diligēter hortatur Colonienses ad
 defectionem, imo & exprobrat illis dicens: O stulti
 Colonienses, quis vos fascinat, ut non credatis ueris
 tati? imo quid dico? ut in clarissima luce tenebras am
 plectamini? Ego uicissim paululū sermone ad eos cō
 uerso, exhortor eosdem, per salutem animarum sua
 rum, quarum negotium hic agitur, ne audiant uocem
 pseudo prophetae aut somniatoris huius, qui arrogan
 tia deprauatus, loquitur in nomine dei, quae deus nō
 praecepit ei ut diceret: Si surrexerit (inquit scriptus
 Deut. 13. rasacra) in medio tui prophetae, aut qui somnium ui
 disse se dicat, & praedixerit signum atq; portentum,
 & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi, eamus &
 sequamur deos alienos, quos ignoras, & seruiamus
 eis, non audies uerba prophetae illius aut somniatoris,
 quia tentat uos dominus deus uester, ut palam fi
 at utrum diligatis eum, an non, in toto corde, & in
 tota anima uestra. Dominum deum uestrum sequimini,
 & ipsum timete, & mandata illius custodite, & au
 dite uocē eius. Ipsi seruietis, & ipsi adhaerebitis. Pro
 pheta autem ille, aut fictor somniorum interficietur,
 quia locutus est ut uos auerteret a domino deo ue
 stro. Et iterum: Propheta (inquit) qui arrogantia
 Deut. 18. deprauatus, noluerit loqui in nomine meo, quae ego
 non praecepi illi ut diceret, aut ex nomine alienorum
 deorum, interficietur. Itaq; tentat uos dominus deus
 uester, ut palam fiat, utrum diligatis eum, an non, in
 toto corde, & in tota anima uestra. Nō dicit nec praed
 dicat

dicat Velsius ueritatem, sed falsitatem ac mendaciū,
 non est clarissima lux quam iactat, sed densissima er-
 rorum ac haresum tenebra, per quasducuntur homi-
 nes ad tenebras exteriores. Porro per prophetā aut
 somniatorem, quem dominus non solum non audiens
 dum, sed insuper interficiendum mandauit, intelligit
 Vincentius Lyrinensis, magistrum in ecclesia consti-
 tutum, quem discipuli uel auditores sui, ex aliqua res-
 uelatiōe docere arbitrantur. Et prædixerit (inquit)
 signum atq; portentum, & euenerit quod locutus est.
 Magnus profecto nescio quis significatur magister,
 & tanta scientiæ, qui sectatoribus proprijs, non solū
 quæ humana sunt nosse, uerum etiam quæ supra hos
 minem sunt, prænoscere posse uideatur. Quales fere
 discipuli sui iactant fuisse Valentinum, Donatū, Pho-
 tinum, Apollinarem, cæterosq; eiusmodi. Et dixerit
 (inquit) tibi: Eamus & sequamur deos alienos, quos
 ignoras, & seruiamus eis. Noua dogmata, uetus tes-
 tamentum, allegorico sermone, deos alienos appella-
 re consuevit, eo quod scilicet, ita ab hæreticis ipsorū
 opiniones, sicut a gentilibus dijs sui obseruentur. Qui
 sunt ergo dii alieni, nisi errores extranei, quos igno-
 rabas? id est, noui & inauditi? Et seruiamus eis, id
 est, credamus eis, sequamur eos. Non audies (inquit)
 uerba propheta illius, aut somniatoris. Et quare oro
 te, a deo non prohibetur doceri, quod a deo prohibes-
 tur audiri? Quia (inquit) tentat uos deus uester, ut
 palam fiat, utrum diligatis eum an non, in toto corpore
 de uestro, & in tota anima uestra. Luce clarius aper-
 ta causa est, cur interdum diuina prouidentia, quos-
 dam

In lib. ad
 uers. pro-
 pha. om.
 hæres. ne
 uat.

dam Ecclesiarum magistros, noua quædam dogmata prædicare patiatur, ut tentet uos dominus (inquit) deus uester. Et profecto magna tentatio est, quæ ille quæ tu prophetâ, quæ prophetarum discipulû, quæ doctorem & adsertorẽ ueritatis putes, quæ summa ueneratione & amore cõplexus sis, is subito latẽter, noxi os subinducat errores, quos nec cito deprehẽdere ualeas, dũ antiqui magisterij ducis præiudicio, nec facile dãnare ducis fas, dũ magistri ueteris præpediris affectu. Sed et ipse dominus in Euãgelio, fideles præmonere uolens, ne seducerẽtur, prædixit pseudo prophetas surrecturos. Surgẽt (inquit) pseudo propheta, & seducẽt multos. Surgẽt (inquit) hoc est, uenient a seipsis, cũ dominus nõ miserit eos. Quam multi nobis de repẽte nũc prodierũt prophetæ? Sed unde agnosceamus eos, ut caueamus ac deuitemus? A fructibus eorũ (inquit) cognoscetis eos. Ergo ab operibus eorũ agnoscetis eos. At quæ tãdẽ sunt hæc opera? Seducẽt (inquit) multos. Quid est seducere? Seorsum ducere, abducere a corpore illo ecclesiasticæ unitatis, a doctrina catholica ac uniuersali, in nouitates prophanas, in opinioẽs singulares, hæreses & sectas. Nutriũt enim odia, seminãt discordias, iurgia miscẽt, cõmouẽt seditiones, cõstituũt sectas, parãt rebellionẽ. Nulla enim aut rara hæresis, unquã absq; seditioibus & bello cõcitatur. Dei opus est cõgregare percũtes, & colligere dispersos: opus aut̃ diaboli est, salubriter cõgregatos dispergere, dicẽte domino: Qui nõ est mecũ, cõtra me est, & qui nõ colligit mecũ, dispergit. Hũc pseudo prophetæ hæretici imitantur, qui per errorũ & sectarũ uarietatẽ, ecclesiasticã discindunt unitatẽ. Nec mirũ

Matt. 24

Matt. 7

Lucæ 12

na
lup
oẽs
cõn
cer
tra
cõr
islo
mã
tos,
siast
dix
nos
exp
ne
re, n
nim
Ego
mat
duce
netr
ones
gnãt
xta s
perib
uium
dem,
eum
liber
at pr

nā sicut pastoris est, oues dispersas cōgregare, ita & lupi est, unitū gregē dispergere. Et quidem heretici oēs (qui ouibus Chrī, lupi graues sunt) hoc unū habēt cōmune, & mox ingressi, scindūt unitatē. Quod ut faceret in amplissima ciuitate Coloniensi Velsius, has tragœdias (quas expertissimus) excitauit, proferens cōtumeliā spinas, & blasphemiam tribulos. Hac sunt islorū pseudoprophetarū opera, a quibus nobis æstis mādī atq; internoscendi sunt, Seducēt illi quidē multos, sed caute o Colonienses, ne ab illo corpore ecclesiasticæ unitatis, uos seduci, ullo pacto permittatis. Si dixerint uobis, ecce hic est Chrūs, ecce illic, ecce apud nos est uera ecclesia Christi, uera proinde salus, quæ expectatur a Christo, nostræ sententiæ, nostræ doctrinæ & fidei cōsortibus adhereite, nolite (inquit) credere, nolite seduci, nolite exire ab illo corpore. Illius enim solius corporis, caput, uita & salus, Christus est. Ego (inquit uobiscū sum, oībus diebus, usq; ad cōsummationē seculi. Itaq; ab illo corpore, quisquis uos seducere conatur in desertū, in angulos domorū & penetralia, hoc est, in nouas & singulares aliquas opinionones, a cōmuni sensu illius corporis extraneas, & pugnātes cū doctrina catholice Ecclesie, agnoscite (ius xta saluatoris nostri doctrinā, pseudoprophetā ex operibus suis, agnoscite lupum obiectum uelleribus os uium, & nolite xire ad eum, nolite illi adhibere fidem, nolite derelicta ecclesie Catholice unitate, post eum exire, sed magis Rempub. uestram a tali peste liberate, & expurgate. Futurum prædixit Christus, ut præmuniret nos. Videte (inquit) ne seducamini.

Matt. ul.

Quod

mata
quit)
ū ille
ū do
uene
noxis
re uas
ec fac
ediris
s præp
o pros
heta,
ient &
nobis
agnos
ribus
s corū
educēt
ucere,
doctri
nas, in
t enim
ēt sedi
a enim
ello cō
lligere
egatos
tra me
dopros
ctarū
mirū

REFVTATIO CALVM.

28

Quod si feceritis, si pseudo prophetis (quod absit) ceperitis adhibere aures, si credideritis insuper, si uos seduci permiseritis, si exieritis post eos, nihil prorsus habebitis, quod cuiquam iuste possitis imputare, nihil quod errori uestro excusationis prætere, cum Christus satis superq; prædixerit, uosq; satis præmonuerit, & demum ignorare non possitis, quid sentiat catholica per orbem uniuersum diffusa Ecclesia, cuius uocem atq; sententiam probe nouistis atq; audistis, ut prorsus inepta fuerit excusatio uestra, si uos a pseudo prophetis seduci sinatis. Nã qui seduci se permittunt a corpore illo ecclesiasticæ unitatis, in desertum, in angulos domorum & penetralia, qui exeunt post seductores, & eos sequuntur ac eis credunt, post publicatã & satis explicatã doctrinam Christi, quid oro habere possunt excusationis, quod errori suo prætexere possint? Si opertum est (inquit Paulus) euangelium nostrum, in his qui pereunt opertum est, quorum deus excæcauit mentes, ut non fulgeat in eis illa lumenatio Euangelij gloriæ Christi. Qui exeunt ergo ab illo corpore, qui ultro pseudo doctores & prophetas sequuntur, horum (inquit) excæcauit deus mentes. Et profecto, nonne prodigiôsã cuiusdam cæcitas est, unum aliquem hominutionem sibi persuadere, quod uniuersa Christi Ecclesia hætenus non intellexerit Euangelium & scripturas, ipse uero eorundem nunc primum uerum germanumq; intellectum consecutus sit? quod Catholica Ecclesia nescierit hætenus quid credendum sit, sed credenda uniuersa nunc demum sibi primitus innotuerint? Sed & hoc Sodomitica

2. Cor. 4

mu
pse
min
quic
uerj
re u
nim
per
ses p
ret u
apost
cucu
am, j
re, or
hil ie
ta, s
mian
usmo
foru
naliu
lide,
Jic. i
uitijs
essen
bus o
sente
cum s
sunt)
catho
bum s

miticæ cuiusdam cæcitatæ indicium est, non uidere pseudo prophetas huius temporis, esse omnium horum minimum sceleratissimos, qui nec diuina, nec humana, quicquã pensi habentes, temerantur ac miscent uniuersa. Olim oportebat eum, qui hæresim disseminare ueniebat, speciem præferre pietatis. Solebant enim hæretici, habere honestæ uitæ speciem, sed semper doctrinam impiam. Nunc uero erumpunt hæreses per eos, qui pessimi sunt, in quibus nullum apparet uestigiũ honestatis, uotifragos scilicet monachos, apostatas & desertores professionis suæ, qui una cum cuculla honestatem omnem, dei timorẽ & conscientiam, prorsus abiecerunt. Quibus non sat est lasciuire, omniq; sese mancipare turpitudini, nihil orare, nihil ieiunare, nisi & omnia quæ honestas sunt & deo grata, subsannent, contemnant, & ineptias ac blasphemiam uocent. Qui ergo talis notæ magistrus, imo eiusmodi portenta carnalium hominum, palam seditiosorum, sceleratæ uitæ, & qui uoluntantur in cæno carnalium uoluptatum (non dissimulante tectè aut callide, sed palam auocantes a corpore catholicæ Ecclesiæ, imo eandem probris, maledictis, execrandisq; cõuitiis (quasi aliter non satis paterent, cuius spiritus essent) scurriliter insectantes, ad ea dogmata, de quibus omnibus nota est, catholicæ Ecclesiæ censura & sententia, imo quæ ante annos plus mille, ab eadem cum suis adsertoribus, execrata & anathematizata sunt) qui inquam tales sequitur, dimisso illo corpore catholicæ Ecclesiæ, nonne datus est plane in reprobum sensum, & diuino iudicio excæcatus uidetur, ut

REFVTATIO CALVM.

non fulgeat in eo Euangelium gloriæ Christi! Quod si fulgeret, nunquid dimisso illo corpore, in quo solo Christus est, Christū alibi contra Christum quæreret? Et tamen inter hæc oīa, usq; adeo insanit mundus, ut his falsis prophetis, transfugis & desertoribus, quasi diuini uerbi gaudeat prædicatoribus, qui temporibus istis omniū periculosissimis, nationes, prouincias, urbes, cōmunitates, sedes reges & regna seduxerūt, atq; quotidie plures seducere conātur. Sed si hi, qui rerū potiuntur, dominicā præmonitionē, ante oculos habuissent, & principijs obstitissent (quæ admodū in epi. ad regē Angliæ monuimus esse faciendū) nō iā adeo late, hoc uorax incendium grassaretur. Itaq; hi falsi prophetae, arrogantia & temeritate corrupti, si uenerint ad uos, aut surrexerint e medio uestri, & dixerint uobis, eamus & sequamur deos alienos, & seruiamus eis, nō audietis uerba prophetarū illorū, sed eos procul e finibus uestris expellite. Nec est & formidētis uobis idcirco calamitatē aliquā quā minitantur uobis, quæ admodū Vesius facit (uti superius copiose satis ostensum est) quoniā uerba duntaxat sunt, folia sunt & fumi, quibus commoueri non debetis. Multas calamitates perpeſſæ sunt aliæ prouinciæ & urbes, postquam religionem mutauerunt, uos autem (qui in religione catholica, unitate & obedientia catholice Ecclesiæ constantes & immobiles permansistis) hæc tenus Deus præseruauit a malis, & calamitatibus, quæ alijs superuenerunt. Audite ergo quod sanctissimus propheta Samuel, ad uniuersam domum Israël dixit: Si toto, inquit, corde uestro, reuertimini ad do-

minura

2. Re. 7.

minam, auferte deos alienos de medio uestri, Baas
 lim & Astaroth, & preparate corda uestra domi-
 no, & seruite illi soli, & eruet uos de manu Philis-
 tium. Quod cum fecissent filij Israel, liberauit eos domi-
 nus ab insultu Philistinorum, quos domino auxiliante uen-
 cerunt. Tota propemodum historia ueteris testamēti, co-
 pioissime testatur, semper bene actum esse cum filiis Isra-
 el, illisque omnia ad uotum successisse, eos pace & uictoriam
 ab aduersarijs obtinuisse, quando relicto cultu idolorum
 unius ueri dei obsequio intenti, in illius cultu &
 obediētia permanserunt. Contra uero, quando relicto ue-
 ro cultu unius ueri dei, eiusque lege sprete, ad idolorum
 cultura sunt conuersi, mox fame, peste, gladio, fuisse pu-
 nitos, captiuitati ac seruituti externarum gentium sub-
 iectos, donec tandem ad cor redeuntes, per dignam pen-
 nitentiam, & ad uerum deum ueram conuersionem, a
 miseria & captiuitate sunt liberati. Nam deus non
 sustinet perfidiam, praecipue illorum, quibus ueritas
 eius cognita est, quique ipsius fidem & religionem pro-
 fitentur, diu multam. Porro haec historia clarissime
 uiri, est temporis instantis. Quod enim Iudaeis fuit
 idololatria, hoc est Christianis haeresis, & quod apud
 eos fuerunt idololatrae, hoc apud Christianos
 sunt haeretici, non quod idem sit idololatria quod haer-
 esis, & idololatrae quod haeretici, sed quod deus ad
 deo detestetur apud Christianos, haereses & haeres-
 ticos, quemadmodum olim apud Hebraeos idolola-
 triam & idololatas. Sed & uetus testamentum
 (uti dictum est) allegorico sermone, noua dogmas
 ta, Deos alienos appellare consuevit.

Si itaq; liberari cupimus de manibus inimicorum nostrorum, abijcere debemus procul a nobis, omnes deos alienos, id est, omnia peregrina & falsa dogmata, somniatorum & pseudo prophetarum, omnium retro seculorum, & præcipue nostri tēporis, uidelicet Martini Lutheri, Vlderichi Zuuinglij, Iohannis Oecolampadij, Martini Buceri, Philippi Melanctonis, Iohannis Brentij, Velsii, & cæterorum similium, quia ab eo tempore quo Germania horum hæreses sequuta est, inuenerunt nos multa mala, bella scilicet undiq; pestreptentia, gladius, fames, omnium rerū penuria, annonæ caritas, diuersorum morborum genera, & alia mala innumera, quæ omnia post exortas hæreses simul successerunt, & hæresibus crescentibus, simul succreuerunt. Et quidem Arrianæ hæreseos tēporis periculo, satis superq; monstratum est, quantum inuehatur calamitatis, nouelli dogmatis inductione. Tunc siquidem, non solum parue res, sed etiam maxima læbefacta sunt, ut Vincentius Lirinensis ait, & Eusebius Casariensis describit. Nec enim tantum adfinitates, cognationes, amicitia, domus, uerum etiā urbes, populi, prouinciæ, nationes, uniuersum postremo Romanum Imperium, funditus concussum & emotū est. Namq; quum prophana ipsa Arrianorū nouitas, uelut quædam Bellona aut furia, capto prius omnium Imperatore, cuncta deinde palatij culmina legibus nouis subiugasset, nequaquam deinceps destitit uniuersa miscere atq; uexare, priuata ac publica, sacra profanaq; omnia, nullum boni & ueri gerere discrimen, sed quoscumq; collibuisse, tanquā de loco superiore percuter

percütere. Tunc temeratae coniuges, depopulatae uir-
 gines, dilacerata monasteria, dis-
 turbati clerici, uerberati Leuitae, acti in exilium Sa-
 cerdotes, oppleta sanctis ergastula, carceres, metal-
 la. Quorum pars maxima, interdicitis urbibus pro-
 trusi atq; extorres, inter deserta, speluncas, feras, sax-
 a, nuditate, fame, siti affecti, contriti & tabefacti
 sunt. Atqui haec omnia, nunquid ullam aliam ob caus-
 sam, nisi utiq; dum pro caelesti dogmate, humanae sus-
 perstitiones introducuntur? Dum bene fundata anteq-
 quitas, scelesti nouitate subruitur, dum superiorum
 instituta uiolantur, dum rescinduntur scita patrum,
 dum conuelluntur definita maiorum, dum sese intra
 sacrae atq; incorruptae uetustatis castissimos limi-
 tes, prophanae ac nouellae curiositatis, libido non co-
 tinet. Quia in Bohemia, Hussitica peruersitas rece-
 pta fuit, inde est quod ibidem, & in uicinis quibusda-
 prouincijs, plurima monasteria a fundamentis fue-
 runt deiecta & incensa, ecclesiae plurimae euersae, sta-
 mulachra sanctorum, & imagines magni dei perfras-
 tae, multaq; fidelium loca expugnata & direpta. In-
 ter quae Pragatini praepositi, Vissegradensis oppidum
 diripuerunt, in quo uiros ac mulieres, cum pueris ac
 infantibus, cunctosq; loci sacerdotes in Ecclesia con-
 clusos, immisso igne combusserunt. Alibi populares
 cum sacerdotibus, in aedibus ligneis inclusos, exusse-
 runt. Quid multis? Adeo creuit pestis illa, ut etiam
 totam pene Germaniam conturbauerit. At unde hoc?
 Quia pestilentissimum Husi dogma, praelatum est do-
 gmatibus catholicae & apostolicae Ecclesiae, quia Bos-
 hemi

34 REFVTATIO CALVM.

hemi sequuti sunt deos alienos, id est, noua & peregrina dogmata, somniatorum ac pseudoprophetarum, Iohannis Vuicleff, Iohannis Hus, Hieronymi Pragensis, Iacobelli Misuensis, & ceterorum similibus damnatae sortis haereticorum. Sed quid interim dicemus de nostrae tepestatis pseudo doctoribus? Quis digne explicabit, quanta mala nobis acciderint, postquam perditissima istae Sectae exoriri, ac in Germania pullulare coeperunt? Hinc siquidem, & tot rusticorum milia caesa sunt. Cui enim id iustus debemus, quam huic haeresi, unde incendia ista suscitata sunt? Hinc quoque Heluetiorum & Hollandorum cruenta seditiones. Hinc Monasteriensium horrenda tragedia. Hinc inter principes diffidiae, conspirationes, protestationes, suspitiones, criminatioes, ut taceamus interim bella saeuissima, quibus inuicem absumimus alter alterum, quae omnia post exortas haereses praualuerunt, nec spes est, nisi submota haeresi, deum nobis futurum propiciu, qui multo amplius incredulitati & haeresi, quam erratibus humanis irasci solet. nisi itaque abiecerimus oes deos alienos e medio nostri, & praeparauerimus corda nostra domino, ut seruiamus illi in unitate catholicae Ecclesiae, haud quaque ab istis malis liberabimur. Oportet siquidem nos attendere & obseruare, quod Paulus Corin. scribit, dicens: Obsecro uos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, ut Ephes. 4. id ipsum dicatis oes, & non sint in uobis schismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Et Ephesius: Solliciti seruire unitati spiritus in uinculo pacis. Unum corpus & unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocationis uestrae. Unus dominus, una fides,

fides, unum baptisma. Vnus deus & pater omnium, qui
 super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Quam-
 diu autem unus sequitur peruersa dogmata Lutheri, ali-
 us uero Zuuinglij aut Oecolampadij, alter autem al-
 terius haresiarcha, amplectitur & tuetur condemna-
 tas hareses, non dicimus id ipsum omnes, sed sunt in nos-
 tris scismata, nec sumus solliciti sub uno domino deo,
 in una orthodoxa catholica Ecclesia fide, seruare
 unitatem spiritus in uinculo pacis, sed sumus potius
 inter nos diuisi, & a deo separati, quem relinquimus,
 sequendo deos alienos, id est, peruersa & pestifera do-
 gmata hereticorum, & uenient ac manebunt super
 nos omnia mala, quae & indies magis magisque auge-
 buntur, nisi abieceris omnibus dijs alienis, id est, abius-
 ratis omnibus haresibus, catholicam mordicus tene-
 amus fidem. Solent enim hareses, certissima semper
 sequi flagella. Nunquam deus immutatae fidei ac te- Galat. 1
 meratae religionis piaculum reliquit inultum. Quae
 propter rectissime sanctus Paulus, a deo grauiter, ses-
 uere & uehementer, inuehitur in quosdam, qui mira Vincent
 leuitate nimium cito, translati fuerant ab eo, qui eos
 uocauerat in gratiam Christi. Quod non erat aliud us Lirin.
 Euangelium, quam quod coaceruauerant sibi magis
 stros ad desideria sua, a ueritate quidem auditum a-
 uertentes, conuersi uero ad fabulas, habentes dan-
 nationem, quod primam fidem irritam fecissent. Rom. 16
 Quos deceperant hi, de quibus ad Romanos scribit
 idem Apostolus: Rogo autem uos fratres, ut obser-
 uetis eos, qui dissensiones & offendicula, praeter dos
 & trinam quam ipsi didicistis faciunt, & declinate ab illis.

36 REFUTATIO CALVM.

Huiusmodi enim Christo domino nō seruiunt, sed sub
 uentri, & per dulces sermones seducunt corda inno-
 centium, & captiuas ducunt mulierculas oneratas
 peccatis. Quæ ducuntur uarijs desiderijs, semper dis-
 centes, & ad scientiam ueritatis nunquā peruenien-
 tes. Vaniloqui & seductores, qui uniuersas domos sub-
 uertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gras-
 tia, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sus-
 perbi, & nihil scientes, sed languentes circa quæstio-
 nes & pugnas uerborum, qui ueritate priuati sunt,
 existimantes quæstum esse pietatem, simul autem &
 otiosi discunt circumire domos, non solum autem otio-
 si, sed & uerbofi & curiosi, loquentes quæ non oportet,
 & qui bonam conscientiam repellentes, naufragas
 gauerūt circa fidem. Quorum prophana uaniloquia,
 multum proficiunt ad impietatem, & sermo eorū ut
 cancer serpit. Bene autem quod de hys item scribitur,
 sed ultra non proficiunt, insipientia enim eorum
 manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Quum
 ergo tales quidam circumeuntes prouintias & ciuita-
 tates, atq; errores uenalitios circumferendo, etiā ad
 Galatas deuenissent, cumq; his auditis Galatæ, nau-
 sea quadam ueritatis adfecti, apostolicæ catholicæq;
 doctrinæ manna reuomentes, hæreticæ nouitatis sor-
 dibus obletarentur, ita sese apostolicæ potestatis ex-
 ercuit autoritas, ut summa cum seueritate decerneret.
 Sed licet aut nos (inquit) aut angelus de celo,
 euangelizet uobis, præterquam quod euangelizauis
 nos, anathema sit. Quid est quod ait, Sed licet
 nos? Cur non potius, sed licet ego? Hoc est, etiam si
 Petrus,

m. 2.

ala. 2.

Petrus, etiam si Andreas, etiam si Iohannes, etiam si postremo omnis apostolorum chorus, euangelizet uobis, præterquam quod euangelizauimus, anathema sit. Tremenda districtio, propter asserendam primæ fidei tenacitatem, nec sibi, nec cæteris coapostolis percipisse. Parum est, etiam si angelus (inquit) de cælo euangelizet uobis, præterquam quod euangelizauimus, anathema sit. Non suffecerat ad custodiam tradita semel fidei, humanæ conditionis cõmemorasse naturam, nisi angelicam quoq; excellentiam comprehendisset. Licet nos (inquit) aut angelus de cælo. Nõ quia sancti cœlestesq; angeli, peccare iam possint, sed hoc est quod dicit: Si etiam (inquit) fiat, quod non potest fieri, quisquis ille traditam semel fidẽ mutare tenterit, anathema sit. Sed hæc forsitan perfunctorie præloquutus est, & humano potius effudit impetu, quam diuina ratione decreuit. Absit. Sequitur enim, & hoc ipsum ingenti molimine iteratæ insinuationis inculcat. Sicut prædiximus (inquit) & nunc iterum dico, Si quis uobis euangelizauerit, præterquã quod accepistis, anathema sit. Non dixit, si quis uobis annunciauerit, præterquam quod accepistis, benedictus sit, laudetur, recipiatur, sed anathema sit inquit, id est, separatus, segregatus, exclusus, ne unius ouis dirum cõtadium, innoxium gregem Christi, uenenata permixtione cõtaminet. Sed forsitan Galatis tantum ista præcepta sunt. Ergo & illa solis Galatis imperata sunt, quæ in eiusdem Epistolæ sequentibus cõmemorantur, qualia sunt hæc: Si uiuimus spiritu, spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi,

pidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Et res
 liqua. Quod si absurdum est, & oibus ex æquo impe-
 rata sunt, restat ut sicut hæc morum mandata, ita et-
 iam illa quæ de fide cautæ sunt, oēs pari modo cõpres-
 hendant. Et sicut nemini licet inuicem prouocare, aut
 inuidere inuicem, ita nemini liceat, præter id quod
 Ecclesia catholica, usquequaq; euangelizat accipere.
 Aut forsitan tunc iuebatur, si quis adnuntiasset, præ-
 terquã & adnuntiatum fuerat anathemari, nunc uer-
 o iam non iubetur. Ergo et illud quod item ibi ait:
 Dico autem spiritu ambulate, & desideria carnis nõ
 perficietis, tunc tantũ iuebatur, modo uero iam non
 iubetur. Quod si impium pariter & perniciosum est
 ita credere, necessario sequitur, ut sicut hæc cunctis
 ætatibus obseruanda sunt, ita illa quoq; , quæ de non
 mutanda fide sancita sunt, cunctis ætatibus imperata
 sint. Adnuntiare ergo aliquid Christianis Catholicis,
 cis, præter id quod acceperunt, nunquam licuit, nus-
 quam licet. Num licebit & anathemare eos, qui ad-
 nuntiant aliquid, præterquam quod semel acceptum
 est? Nunquam non oportuit, nusquam non oportet,
 nunquam non oportebit. Quæ cum ita sint, est ne ali-
 quis tantæ audacis, qui præter id quod apud Ecclesi-
 am adnuntiatum est, adnuntiet? Vel tantæ leuitatis,
 qui præter id quod ab ecclesia recepit, accipiat? Cla-
 met, & repetendo clamet, & omnibus, & semper, &
 ubiq; per literas suas clamet ille, ille? Vas electio-
 nis, ille magister gentium, ille apostolorum tuba, ille
 terrarum præco, ille celorum conscius, ut si quis nos-
 trum dogma adnunciauerit, anathemetur.

Ceterum

¶ Cæterum quod aduersarij omnium calamitatum ac miseriarum causam, in catholicos reijciunt, quod nolint Euangeliũ (tã specioso siquidẽ nomine hæreses suas uenditant noui isti Euangelici, Euangeliũ, Euangelium ore buccinantes, quum tamen reuera sint Euangelicæ legis exitiales inimici) recipere, nouum non est. Sic enim olim Demetrianus suorũ temporum mala & incommoda, in Christianos reijciebat, ut qui deos aspernarentur. Sed sanctus martyr Cyprianus, eleganter illi respondet, clarissime demonstrans, oĩa aduersa accidere, quod ueri dei uerus cultus esset neglectus. Consimili quærela fatigabant olim ethnici Christianos, tempore S. Augustini, sed etiam ipse in illos, hanc quærimoniam retorsit. Cum enim Roma Gothorum irruptione, agentium sub rege Alarico, impetu magna cladis euersa esset, euerisionem illius, deorum falsorum multorumq; cultores (quos usitato nomine paganos uocamus) in Christianam religionem referre conantes, solito acerbius & amarius, deum uerum blasphemare cœperunt. Sed sanctissimus pater exardescens zelo domus dei, aduersus eorum blasphemias uel errores, libros de Ciuitate dei conscripsit. Hæc fere semper fuit malorum hominum proprietatis, culpam suã non agnoscere, sed imputare alteri. Cum quondam fames uehemens esset in Samaria ac in Israel (nam clausum fuerat cœlum annis tribus, & mensibus sex) impius rex Achab, illius sterilitatis culpam, desletere & detorquere conabatur, in sanctissimum unius ueri dei cultorem Helyam, dicens: Tu ne es ille qui conturbas Israel?

3. Re. 1

¶ 17.

Luc. 4.

C 4

Sed

40 REFVTATIO CALVM.

Sed demonstrauit Helias ac declarauit regi idololatriam, qui uenundatus erat ut faceret malum, sterilitatem hanc & famem, idcirco accidisse, quod a cultu ueri dei ad idololatriam declinassent, dicens: Non ego turbauit Israel, sed tu & domus patris tui, qui dereliquistis mandata domini, & sequuti estis Baalim. Par modo omnia ista aduersa, idcirco potius accidunt, quod homines derelicta catholica Ecclesia, & orthodoxa fidei unitate, ad castra aduersariorum transfugiunt, quam quod haereses eorum aspernantur, & sententiam fidei catholicae mordicus tenent. Sed iam obsecro ut audire digneris candide lector, non quam suauis & mitis, sed quam amarulentus & acerbus sit spiritus iste propheticus, aut potius si uerum dicere liceat, satanicus in Velsio. Vt enim scribit Sapiens: Benignus est spiritus sapientiae, & non liberabit maledictum a labijs suis. Et cum Paulus dicat, maledictos regnum dei non possessuros, nihilominus tamen responsio Velsii tot criminationibus, mendacijs, calumnijs, conuitijs, temerarijs iudicijs & maledictis plena est, ut nihil supra, ut uel hinc manifestum euadat, quo spiritu ducatur. Optimos & doctissimos, eloquentissimosque uiros, de Christiana Repub. & Colonienfi ciuitate optime meritos, quorum ipse dignus non est, ut soluat corrigiam calceamenti, miris modis calumnijs se traducit, annumerans eos sapientibus & maleficis Aegypti, pseudo christianos, & pseudo prophetas eos uocitans. Inquisitores & eorum coadiutores dicit esse calumniatores, mendaces, sanguinarios, homicidas, insulsos, indoctos, literarum osiores, impudentes,

Sapi. 1.

res, imo impudentissimos, inuerecundos, sycophantas, calūniatores, cōiuratos hostes, antichristianos, perditissimos, improbos, sceleratos, execrandos sophistas, diaboli filios, Ecclesiæ & Vniuersitatis probra, impudentissimos porcos & canes. Et ut ad syllogismos eius (ut ipse iactitat) demonstratiuos ueniamus, plane fuit, debacchatur, & Christiani hominis animū penitus exuisse deprehenditur. Illis enim probare contendit, eos corruptum, deprauatum, ac minime rectum animum ac mentem gerere, odi, inuidiæ, maleuolentiæ, & cōsimilium affectionum perturbationibus laborare, ueritatis luminis participes non esse, nec Christi spiritu imbutos, fideq; recta præditos, sed spiritu satanico duci, & diaboli esse energumenos, totos carnales, auaros, uoluptuarios, Epicureos, inanis gloriæ cupidos, pluralitati beneficiorum inhiare, assiduis commestationibus & computationibus, crapulis & ebrietatibus deditos esse, & contra præceptum Christi assectare Magistri nostri cognomētum. Deniq; eos nō habere hereditatē in regno Christi & dei, tenebras esse, sal infatuatum, excommunicatos &c. Principes Reipub. Coloniensis uiros optimos, & de Reipub. Coloniensi optime meritos, inuidiose appellat oligarchas. Magistros uiolentiæ (ut uocant) & eos qui cum ipsis fuerunt, appellat uiolentos, crudeles, efferos, antichristianæ factionis generosos satellites, iniuriosos, iuris & legum rectorum seditiosa præuaricatione imprudentes (quantum ad conatum eorum attinet, ut ipse uult) oppressores & subuersores, & mandatum eorum furiosum. Dicit eos crimē falsi in-

currere, qui falsam sententiam (ut ipse uult) executioni mandarunt. Vocat Colonienses non solū stultos, sed etiam stolidiſimos. Coloniā prope dicit, nō minus quam Atheniensis Pauli temporibus, simulachrorum cultui deditam esse. Arbitratur Christi doctrinam, eiusq; ueritatis lumen, horrenda atq; abominabili superstitione, aliquādiu miris modis obscuratū fuisse, ac etiam nū hodie esse, & Colonienses turbulentis erroribus implicitos, uageq; dissectos, & ad multas plices flexiones ac diuerticula superstitionis, & idolomanie misere conuersos. ¶ Romanum Pontificem appellat Antichristum, hominē perditionis, filiū peccati, monstrum, tyrannū tyrannorum, pestem urbis & orbis, immaniſsimam belluam, & multa alia, quae de uero Antichristo (qui praeuient postremum Christi aduentū ad iudiciū) intelligenda sunt, adscribit Romano pontifici, quae etiam in Antiocho dicit esse adumbratū. Modestius sanctiſsimus Apostolus Paulus **Actu. 23.** egisse describitur. Nam cum per ignorantiam, principis sacerdotum maledixisset, quod is praeter legē iussisset illum percuti, mox tamē ut fuerat admonitus, eum fuisse principē sacerdotum, ilico suā ignorantiam excusauit, dicens: Nesciebam fratres, quod princeps esset sacerdotum. Et protinus adiecit: Scriptum est, principi populi tui nō maledices. Hanc reuerentiam Paulus exhibuit principi ueteris sacerdotū, quod tamen nō dubitauit antiquatū fuisse, & uel si eū qui nō ueteris, sed noui & aeterni sacerdotū principis est, nempe Christi uicariū, & apostolorū principis induc

bitis

bitatū successorē (quem S. Berna. nō dubitauit nominare ac asserere, esse principem Episcoporum, haredem apostolorū, primatu Abelē, gubernatu Noe, patriae chatu Abrahā, ordine Melchisedechē, dignitate Aaronē, autoritate Mosen, iudicatu Samuele, potestate Petrū, unctiōne Christū) omni maledicētiā suā uirulentia proscindit. Paulus admonitus humiliter obtemperauit, honorē illi sacerdotio deferēs, at Velsius non solū nullum summo nostro sacerdoti defert honorē, sed ne agnoscit quidem, sed insuper mirum in modum debachatur in eum. ¶ Sacramentum altaris (quod in epistola ad Reuerendissimū, prius panem symbolicum appellauit) nunc execranda & horrenda blasphemia, non ueretur nuncupare, nouum idolū, puerum seu seruum deum, nouam ipsius creaturam, opus manuum hominum, frumentaceum, panaceum, uidelicet ex conficta transsubstantiatione imaginariū Christum, & deum Maozim, & magicis artibus productum. Mystera quoq; sacra, quae in administratione baptismi, ab Ecclesiā Catholica ministris adhibentur, dicit esse prestigijs quibusdam, & illusionibus similia, quam uideantur nostrae religioni sacris consentanea. Externa illa quae adhibentur in Ordinis sacramento, nihil esse praeter ludibria mesura, & circulatorum prestigijs, quam sacramentis similia. Ciues urbis Colonienſis, qui Eucharistiam, cum eleuatur, reponitur aut deportatur, adorāt, aut ab hoc die, usq; in tempus quo primum fidem suscepērunt, adorauerunt, pro idololatriis habendos esse.

Eos inquam omnes, qui eiusmodi (ut ipse inquit) idola
 idolatriam committunt, aut commiserunt. O scelera,
 o flagitia. Cui non pio homini iusto zelo inardescat
 animus? Quis tantam blasphemiam uere Christianus
 tolerare queat? Quo malorum peruenimus? O tem-
 pora, o mores. Bone deus, ut quid reseruasti nos in
 hæc tempora, ut hæc audiamus? Respice tuos clemē-
 tissime deus, & ab istorum luporum ac blasphemorū
 incurfibus libera. ¶ Porro quoniā uerissima est sen-
 tentia summæ ueritatis Iesu Christi, filij dei uiui, di-
 centis in Euangelio: Ex uerbis tuis iustificaberis, &
 ex uerbis tuis condemnaberis, constat iustissime con-
 demnatum esse Velsium, qui non ueretur maledicus
 esse, non solum in nos, uerumetiam in Christi uicari-
 um, & quod abominabilius est, in ipsum Christum sala-
 uatorem ac redemptorem nostrum, quem in sacrosan-
 ctâ ac adoranda Eucharistia præsentē, sacrilego ore,
 ac præcidenda lingua manuq; idolum nuncupat. Aus-
 diat igitur blasphemus iste, uerba sanctissimi & fors-
 tissimi martyris Cypriani, qui lib. 1. epist. 3. ad Corne-
 lium scribit in hæc uerba: De ore & de uerbis suis,
 unusquisq; statim proditur, & utrum Christū in corpore
 de suo, an uero antichristum habeat, loquendo deteg-
 gitur, secundum quod dominus in Euangelio suo ait:
 Progenies uiperarum, quomodo potestis bona loqui
 cum sitis nequam? De abundantia enim cordis, os es-
 mittit. Bonus homo, de bono thesauro emittit bonū,
 & nequam homo, de nequâ thesauro, emittit nequā,
 Vnde & diues ille precator, qui de Lazaro in sinu
 Abrahæ posito, atq; in refrigerio cōstituto, implorat
 auxilium,

Matt. 12.

Matt. 3.

Luce 6.

Luce 15.

auxilium, cū in tormentis cruciabundus flammæ cre-
 mātis ardoribus aduratur, inter omnes corporis par-
 tes, magis os eius & lingua dat pœnas, quia plus scis
 licet lingua sua & ore peccauerat. Nā cum scriptum
 sit: Neq; maledici regnum dei consequentur. Et iter-
 rum in Euāgelio suo dominus dicat: Qui dixerit fra **Matt. 5.**
 trisuo fatue, qui dixerit racha, reus erit gehennæ
 ignis, quomodo possunt censuram dei ultoris euades-
 re, qui talia ingerunt non solum fratribus, sed & sac-
 cerdotibus, quibus honor tantus, de dei dignatiōe cō-
 ceditur, ut quisquis sacerdoti eius, & ad tempus hic
 iudicanti, non obtemperaret, statim necaretur? In **Deut. 17.**
 Deuteronomio dominus deus loquitur dicens: Et ho-
 mo quicumq; fuerit in superbia, ut non exaudiat sac-
 cerdotem aut iudicem, quicumq; fuerit in diebus illis,
 morietur homo ille, & omnis populus cum audierit
 timebit, & non agent impie etiam nunc. Item ad Sas-
 muelem, cum a Iudæis sperneretur deus dicit: Nō te **1. Reg. 8.**
 spreuerunt, sed me spreuerunt. Et dominus quoq; in **Luc. 10.**
 Euangelio: Qui audit (inquit) uos, me audit, & cum **Matt. 8.**
 qui me misit, & qui reijcit uos, me reijcit, qui me reij- **Iohan. 17**
 cit, reijcit eum qui me misit. Et cum leprosum mun-
 dasset: Vade (inquit) & demonstra te sacerdoti. Et
 cum postea tempore passionis, alapam accepisset a ser-
 uo sacerdotis, cumq; ei dixisset, Sic respondes Pontifi-
 ci: aduersus Pontificem dominus contumeliose nihil
 dixit, nec quicquā de sacerdotis honore detraxit, sed
 innocentiam suam magis asserens & ostendēs. Si mas-
 le (inquit) loquutus sum, exprobra de malo, si autē
 bene, quid me cædis? Item in actibus apostolorū post- **Act. 23.**
 modum

modum beatus Paulus, cum ei dictum esset, sic in simi-
 las in sacerdotem dei maledicendo: quamuis domi-
 no iam crucifixo, sacrilegi & impij, & cruenti illi esse
 se cepissent, nec iam quicquã de sacerdotali honore
 & autoritate retinerent, tamen ipsum, quamuis ino-
 ane nomen & umbram quandam sacerdotis cogitãs,
 expauit. Nesciebam fratres (inquit) quia pontifex
 est. Scriptũ est enim: Principi plebis tuæ non maledi-
 ces. Cum hæc tãta ac talia, & multa alia exempla
 præcedãt, quibus sacerdotalis autoritas & potestas,
 diuina dignatione firmatur, quales putas eos, qui sa-
 cerdotum hostes, & contra Ecclesiam catholicam re-
 belles, nec præmonentis domini cõminatione, nec fu-
 turi iudicij ultione terrentur? Neq; enim aliunde hæ-
 reses oborta sunt, aut nata sunt scismata, quam inde
 quod sacerdoti dei nõ obtemperatur. Nec unus in ec-
 clesia ad tẽpus sacerdos, & ad tẽpus iudex uice Chris-
 ti cogitatur, cui si secundum magisteria diuina, ob-
 temperaret fraternitas uniuersa, nemo aduersum sa-
 cerdotum collegium quicquam moueret, nemo post
 diuinũ iudicium, post populi suffragium, post coepis-
 coporũ consensum, iudicẽ se nõ iam Episcopi, sed dei
 faceret. Nemo diuidio unitatis Christi Ecclesiam scin-
 deret, nemo sibi placens ac tumens seorsum foris nõ-
 uam hæresim conderet, nisi si ita est aliquis sacrilegæ
 temeritatis ac perditæ mentis, ut putet sine dei iudic-
 cio fieri sacerdotem, cum dominus in euangelio suo
 Matt. 10. dicat: Nonne duo passeret asse ueneũt, & neuter eos
 rum cadit in terrã, sine patris uestri uoluntate? Cũ
 ille nec minima fieri, sine uoluntate dei dicat, existit
 mat

mat aliquis summa & magna, aut non sciente, aut nō
 permittente deo, in Ecclesia dei fieri, & sacerdotes,
 id est, dispensatores eius, non de eius sententia ordi-
 nari? Hoc est, fidem non habere, qua uiuimus, hoc est,
 deo honorem nō dare, cuius nutu & arbitrio, regi &
 gubernari oīa scimus & credimus. Et post aliquanta:
 Cū talis (inquit) frater, a quibusdam desperatis &
 perditis, & extra Ecclesiam constitutis, impugnari ui-
 detur, apparet quis impugnet, non scilicet Christus,
 qui sacerdotes aut cōstituit, aut protegit, sed ille quē
 Christi aduersarius, & Ecclesie eius inimicus, ob hoc
 Ecclesie præpositum, sua infestatione persequitur, ut
 gubernatore sublato, atrocius atq; uolentius, circa
 Ecclesie naufragia grassetur. Hactenus ille. Porro
 quantum ad cōuitia & maledicta in nos iaculata attis-
 net, respondemus, Velsiū ista quidem nobis falso ad-
 fingere ac tribuere, & nunquā ea comprobaturū. Vn-
 de cū nihil sint, nisi maledicta, calumnie, mendacia,
 contumeliæ, & cōficta crimina, cōtemnimus ac ride-
 mus calumniatorē, maledicum, & contumeliosissimū
 Velsium, scientes scriptum esse: Beati estis cum males
 dixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, &
 dixerint omne malum aduersum uos mentientes,
 propter me. Gaudete & exultate, quoniam mer-
 ces uestra copiosa est in cælis. Nec est quod existi-
 met Velsius aut aliquis cæterorum, nos esse tam pas-
 uidos aut mericulosos, ut propter iniuriam uerbo-
 rum, deserendam iustitiam credamus, qui etiā cupi-
 mus a domino preparari, ut simus aliquando digni,
 qui pro illa sanguinem quoque nostrum fundamus.

Non

Matt. 5.

48 REFUTATIO CALVM.

Non idcirco (inquit Cyprianus in iam memorata epistola) relinquenda est nobis ecclesiastica disciplina, aut sacerdotalis soluenda censura, quoniam conuitijs infestamur, aut terroribus quatimur, cum occurrat scriptura diuina dicens. Ille uero qui præsumat & contumax est, uir sui iactans, nihil omnino proficiet, qui dilatauit tanquam inferus animam suam. Et iterum: Verba uiri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius in stercore erit & in uermes. Hodie extollitur, & cras non inuenietur, quoniam conuersus in terram suam, & cogitatio eius peribit. Et iterum: Vidi impiū exaltatum, & extollit super cedros Libani, & transiit & ecce non erat, & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Exaltatio & inflatio, & arrogans ac superba iactatio, non de Christi magisterio, qui humilitatem docet, sed de antichristi spiritu nascitur, cui exprobrat per prophetam dominus, & dicit: Tu autem dixisti, in animo tuo, in cœlum ascendam, super stellas dei ponam sedem meam. Sedebo in monte alto, super montes altos in aquilonem, ascendam super nubes, & similis ero altissimo. Et addidit dicens: Tu uero ad inferos descendes in fundamenta terræ, & qui uidebunt te, super te mirabuntur. Vnde & parem talibus poenam scriptura diuina loco alio comminatur & dicit: Dies enim domini sabaoth, super omnem iniuriosum & superbum, & super omnem elatum & excelsum. Et iterum: Nec mouere nos (inquit) debent conuitia perditorum, quo minus a uia recta, & a certa regula non recedamus, quando & Apostolus instruit dicens: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem.

Esaie 5.

Abacu. 3.

1. Mac. 2.

Psal. 36.

Esaie. 14.

Gala. 1.

sem. Interest utrum quis homines promereri, an deum
 cupiat. Si hominibus placetur, dominus offenditur.
 Si uero illud enitimur & laboramus, ut possimus deo
 placere, & conuitia & maledicta debemus humana con-
 temnere. Haec tenus ille. Mihi (inquit Paulus) pro mi-
 nimo est ut a uobis iudicer, aut ab humano die, qui au-
 tem me iudicat dominus est. Non debemus (ait Aug.)
 curare aliena iudicia de nobis, siue bona siue mala,
 quia nec damnare iniuria, nec coronare potest laus
 falsa. Qui igitur apud deum gloriam suam constituit,
 illi utique pro minimo est, ut ab homine quouis uane
 iudicetur aut uituperetur, atque etiam maledictis im-
 petetur, eo quod intra cordis arcana, propter attesta-
 tionem bonae conscientiae, solidam habeat gloriam, quae
 uituperijs hominum exufflari nequaquam potest. Cate-
 rum quum dicat nos contra praecipuum Christi affe-
 ctare magistri nostri cognomentum, cum Christus di-
 cat, Matth. 23. Nec uocemini magistri, unus est enim
 magister uester. Placuit hic subijcere, quae Reuerens
 pater Provincialis Carmelitarum, Euerhardus
 Billikius, dum ab eo magisterij insignia Colonia susci-
 peremus, eleganter & diserte disseruit. Fatemur &
 plena fide agnoscimus Christum, qui unicus & solus
 rex est regum, & dominus dominantium, esse quoque
 unicum magistrum magistrorum, consummatum atque
 perfectum, in quo sunt omnes thesauri sapientiae &
 scientiae dei (ut Apostolus ad Colloss. ait) reconditi,
 & in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corpo-
 raliter, qui regna & imperia, principatus, iura, uis-
 tam, scientiam & sapientiam largitur mortalibus, ac
 dispensat

1. Cor. 4.

50 REFUTATIO CALVM.

dispēsat pro suo arbitratu, id ꝯ nulli, neq; cœlesti neq; terrestri potestati est datū. Atqui iuxta scripturas sacras, nihilominus fatendū nobis est, esse ꝯ temporarios huius seculi reges, quos ille regnis præficit, ꝯ quorū utitur in regendis populis, iustitiāq; exercēda ministro, ad Rom. 13. Ad quē modum, quamuis nemo uitā dare possit, præter patrem cœlestem, non tamen propterea nullos esse inter homines Patres contendere oportet. Cum sint utiq; carnales, per quos generat ille ad uitā huius corporis, ꝯ spirituales, per quos ad uitā spiritualē regenerat. Qui tametsi hoc nequeāt, quod genitor supremus, nempe creare animam qua uiuat corpus, aut gratiam infundere, qua spiritualiter uiuatur, ipsius tamē administri quadantenus sunt, plantant enim ꝯ rigant, illo dante incrementū, quos scriptura passim honorifico Patrum nomine dignatur. Non debet autem sensus uerborū Christi, in sensum scripturæ diuinæ contrarium rapi. Est ergo unus omnium Pater in cœlis Deus, ꝯ sunt Patres multi in terris, cæterum ratiōe diuersa sic appellati. Ille enim supremus est Pater sic dictus, quia est omnium creator, quia dat uitam, ꝯ procreandi uires, sine quo nihil possunt hominēs. Homo uero, eo Pater fit, quod datis sibi uiribus utitur, ꝯ Patri cœlesti subseruit. Dat item cœlestis ille Pater spiritualis uitā gratiam, ꝯ regenerandi facultatem suis ministris, qui ob id inferiores sunt Patres, Patri supremo in regenerandi munere subseruiētes. Ista cū sint toti scripturæ sacre consentanea, usq; cōstent, ꝯ Paulus Apostolus absq; diuini nominis iniuria, se pro patre gesserit. Sic enim ait: Nam si decē millia pedagogorū habeatis in Chri

IUDOCI VEL SII.

54

sto, sed non multos Patres. Nam in Christo Iesu per
 Euangeliū ego uos genui. quis non censeat hoc quod **1. Cor. 4.**
 dicit Christus dominus, patrē nolite uobis uocare sus
 per terram. Vnus est enim pater uester qui est in cœlis,
 sic accipiendum esse: Nolite patrē uobis uocare in
 terris, cui uitā uestram feratis acceptam, in quo con
 quiescatis, tanquā oīa ab eo acceperitis, maiorem illo
 loq̄ superiorē patrem neminem uos habere cogitans
 tes. Id quod infideliū est, & parētes stulti nonnunquā
 sibi arrogat. Vnus est enim pater qui cōtulit uobis
 quicquid estis, cuius fuere tantummodo ministri, quos
 hic patres appellatis. Iam quod huic Christi dicto in
 eodem orationis contextu copulatur. Nec uocemini
 Magistri, quia magister uester unus est Christus. fit ex
 isto dilucidum & apertum. Est enim sententia sibi si
 mili sententiæ connexa, eademq̄ uerborū forma, ut
 oporteat ipsam ad eundem modum, quo dictum illud
 intelligi. Itaq̄ omniū confessione, æterna illa Sapis
 entia patris, Christus dominus noster, supremus & us
 nus est omniū magister. docēs auctoritate sua pte pro
 pria, qua potest, & nulli possunt imitari magistri aliq̄.
 Creat et format cor docile, dat intellectum paruulis,
 docet mites uias suas, dat sapientiā & prudentiā, res
 uelat mysteria abscondita, mittit dono paracletū, quū
 doceat omnem ueritatem, & suggerit obliuiosis, quæ
 memoriæ exciderant. Dat os & sapientiam electis
 suis, quibus non poterunt omnes eorū aduersarij res
 sistere. Et beatus est quem ipse crudierit, & de lege
 sua docuerit. Iam quæ præsumptio, uel philosopho
 rum summorū confidat, aliquid istorū posse præstare.

C 2 Quas

Quapropter qui ad ipsum comparatus possit appellari Magister, nemo uixit, uiuit aut uicturus est. Verū sedent inferiores ac minores in subsellijs eius magistri, quos ille doctrina cælesti præ cæteris imbuit quos ita formauit & expoliuit, ut sui quidē magisterij sunt ministri & præcones, aliorum uero magistri & doctores. Qui licet nequeant quod ille, eo tamē usq; gratia & inspiratione eius inter discendum atq; audiendum ipsius doctrinam, sunt prouecti, ut cælestis philosophiæ cognitionem non mediocrem perceperint, tradereq; eam alijs, docere, tueri ac confirmare ualeant, ob id digni habiti, qui absq; ulla magistri supremi iniuria, imo cum honoris eius amplificatione, Magistri appellentur, sed alia atq; alia ratione. Christum enim magistrum si respicias, erunt discipuli eius. Si eos quos doctrinæ cælestis perceptione antecelant, habebuntur magistri, quales esse plurimos in terris, adeo nihil prohibet, ut etiam necessitas postulet habere, & Ecclesia Christi de paucitate quaratur. Intelligendum igitur Christi dictum illud in hanc sententiam existimamus. Nec uocemini Magistri super terrā. Magister enim uester unus est Christus, ac si dicat: Quū ego uos calitus erudierim, ut terrenos homines de rebus cælestibus doceretis. Ne quaeseritis uobis hinc honorem, sicut Pharisei ab hominibus, ut uos admirentur, quasi doctrinam uestrā non accepistis aliunde, sed eius honorem deferte ei, unde sapientiam istam accepistis, quis sum ego, unus & solus magister uester. Quia sententia, suprema autoritas, summumq; magisterium Christo domino & magistro nostro

nostro tribuitur, quale sibi nemo debet, nec quidē posterit uendicare. Inferius magisteriū relinquitur iis, quibus appellatio illa propter philosophiæ a Christo acceptæ præstantiam defertur. Nec uideatur alii cui expositio ista absurda, cum ad eundem modum, magister & doctor noster Christus ipse, locum scripturæ similem, nec paulo difficiliorem explicuerit, licet at formā ab ipsomet præscriptā nobis imitari. Quid tam essenziale aut magis proprium deo, quā ut solus & unicus appellatur deus, aut quæ uox poterit mortalibus minus cōgruere, uel rebus creatis cōmunicari quam deitatis? Atqui scriptura diuina Deo quibusdam charis eam tribuit. Deus deorum dominus loquutus est. Item: Deus stetit in Synagoga deorū. Et infra in eodem Psalmo: Ego dixi dñi estis, & filij ex celsi uos autem sicut homines moriemini. Hic nisi distinguamus nomen, & fateamur deos ac dei filios appellari etiam eos, ad quos sermo dei factus est, negat Christus solui scripturā, Iohan. 10 ut essentia ac natura, sit Deus unus supremus & solus. Sint dñi alij nō natura, sed quos alloquutione sua fecit diuinitatis suæ quodammodo participes. Iuxta hanc formam & nos dicimus, Magistrum magistrorum unum & supremum esse, D.N. Iesum Christum. Et esse Magistros alios, quos ille sua inspiratione & mysteriorum diuinorum cognitiōe, fecit aliorū magistrōs, magisterijque sui participes. Restat qui magistrōs plures fieri ueritat, B. Iacobus sic enim ait: Nolite plures fieri magistri fratres mei. Hoc cui non uideatur id quod agimus, qui binos simul in his scholis magisterio admones

54 REFVTATIO CALVM.

mus prohibere? En autem Apostolū, qui sensum Christi tenuit contra nos citatū pro nobis facere. Permittit enim post Christum magistros, Christi uerbū quod hactenus tractauimus, haud aliter quam nos procul dubio interpretatus, tantum uetat fieri multos. Ita enim græcæ legitur πολλοι, quod multos significat. Mirum uero cum admittat magistros in Ecclesia, cur nolit esse plurimos, præsertim ad propagandum per uniuersam orbem Christi fidē, & Ecclesiæ nouæ plantationē, quæ apostolorum præcipua erat cura, & messis quæ instabat magna, operarios multos requirebat. Verum si tēpora illa inspiciamus, mirari cessabimus. Siquidem cum apostolorum prædicatione, Euangelium Christi ubiq; gentiū, miraculorum gloria inclareretur, & idolorum uanitate demonumq; detestis prestigijs, gentes, quæ ueri Dei notionem non habuerant, magnis illud desiderijs expectassent, nec possent apostoli locis omnibus adesse, prædicandi munus passim occupabant eorum discipuli, neophyti, ac nuper primū, nec satis plene instituti, quales a Presbyterij munere, B. Paulus excludit, qui sua cōmenta doctrinæ nonnunquam intermiscerent, uarios errores disseminabant. Nōnulli ut idē ille Apostolus ad Phil. commemorat, ex charitate & uoluntate bona, rursus alij inuidia extimulante, ex contentione aut gloriæ lucriue causa, Christum annunciabant, non synceriter, propter quos utiq; scriptum a B. Iacobo est: Nolite plures magistri fieri fratres mei, & hoc ipsum eū uoluisse licet uidere ex uoti sui causa, quam cōtinuo cecidit cum subiungit, scientes quoniam maius iudis

ei

cium sumitis, in multis enim labimur oēs, si quis in
 uerbo non offendit hic perfectus est uir. Nimirum cū
 Apostolo Paulo uolebat, non nisi plene in doctrina fia
 dei, eruditos & exploratos docendi magisteriū obire.
 Et iam tum illa nascentis Ecclesie etate, uarias fuisse
 se cum Euangelio hareses, ab huiusmodi doctoribus
 disseminatas, ex Actis apostolorū, Epistolis paulinis,
 & Apocalypsi B. Iohannis cognoscitur. Erant qui legi
 Mosaycæ importabile pondus censerent una cū
 Euangelio seruandum, in qua sentētia cum Ebion &
 Cherinthus persisterent, multarum sectarū fuere au
 thores, quæ ad Mahumetem usq; durarunt, cuius blas
 phemia sunt inde deriuata. Erant Nicolaitæ, qui
 cōtendebant oīa debere omnibus esse cōmunia, etiam
 uxores. Erant Hymenæus & Philetus, qui resurrex
 tionem mortuorū iam factam affirmabant, & ulte
 riorem non esse expectandam, 2. Timoth. 2. Erant
 Symoniani, qui Ecclesie ministeria, & Christi dona
 uenalia esse credebant, quorum haresis adhuc durat
 multis pallijs, quanquā parum fidis obumbrata. Cere
 nitur enim & iudicabitur ab eo cuius oculi uident in
 tenebris nostris. Queritur Apostolus Paulus de Hy
 menci & Alexandri, qui in fide naufragiū fecerant,
 blasphemij. Queritur & de iactantibus gloriosum,
 sed falsum scientiæ nomen, de prophanis uocum no
 uitatibus, de seductoribus uaniloquis, de docentibus
 turpis lucri gratia, alijsq; non paucis doctrinæ sas
 næ, pietatisq; corruptoribus. Quando uero tantum
 malorum temerarij atque ambitiosi magisteriorum
 occupatores in Ecclesiam innexerunt, mirabitur
 quispiam

quispiam aut putabit, non dignas fuisse causas, quæ
 B. Iacobus, qui tum Ecclesiam Hierosolymitanam res-
 gebat, uetuerit Magisterij Euangelici præsumptios-
 nem? Mihi quidem non uidetur dicere aliud, quàm nos
 lite ambire docendi Cathedram, aut uos ultro huic
 muneri ingerere, donec uocemini, donec doctrina
 pleniori instructi, possitis omni poscenti dare fidei
 uestræ rationem, et ueritati resistentes redarguere, et sit-
 tis huic muneri subeundo pares, ne grauius iudicium
 dei, si in errorem aliquem uos labi, et per uos alios tras-
 hi contingat, incurratis. Neutiquam uero uoluisse ab
 hoc munere deterrere eos, qui omne studium suum huc
 potissimum conuerterunt, quo sacræ scripturæ sensum,
 de deo et operibus eius admirandis, de sacramentis et
 fidei nostræ mysterijs, doctrinamque Euangelicæ ratios-
 nes, quantum humana capiunt ingenia, assequerentur,
 iamque perspectum fecerunt ijs quorum est ista profes-
 sio, se nihil ab unitate fidei Catholice, unanimitateque san-
 ctorum Patrum, per quos spiritus sanctus loquutus est,
 consensu, sentire diuersum, sed rectam et eandem cum
 illis tenere dogmatum Ecclesiasticorum ueritatem, quas
 les profecto non prohibere, sed ad capeffendum ma-
 gisterij gradum extimulare, urgere atque impellere,
 expedierit. Nemo enim, ut Magister noster Christus
 ait, accendit lucernam, et in abscondito, sed super can-
 delabrum ponit, ut qui ingrediuntur lumen uideant.
 Quæ sunt autem lucernæ quas ille accendit, nisi do-
 cti, quos ille præ cæteris doctrina cælesti illuminas-
 uit. Nec beatus Augustinus, ab expositione ista uariat.
 In prologo enim Retractationum suarum tractans dictum
 illud

illud B. Iacobi, sic ait: Magistros plures tunc fieri existimo, cum diuersa atque inter se aduersa sentiunt. Quum uero idipsum dicunt omnes, et uerum dicunt, ab unius ueri magistri magisterio non recedunt. Et in elaborato illo de doctrina Christiana libro: Multi fiunt (quod profecto utile est) predicatores ueritatis, non tamen ideo multi magistri, si unius ueri magistri idipsum dicant omnes, et non sint in eis schismata, nec deterrendi sunt isti. Libet autem nosse, quinam hodie magistri sint plures? Celebrantur plurimorum ore (sicut olim Herostratus ille, qui templum Dianae, ut sui extaret memoria) incenderat. Lutherus, Bullingerus, Butzerus, Zuuinglius, Oecolapadius, Melanthon, Osiander, Calvinus, Coruinus, Pellicanus, Musculus, Hedio, Draconites, Capito, et innumeri alij, quibus plena est calamitosa nostra Germania, felix et beata, si moestra ista non peperisset, quorum nemo est, cui uel cum Catholicis, uel cum socijs ab Ecclesia digressis, per omnia conueniat, sed quot sunt capita, tot ordiuntur sectas inuicem dissectas. ¶ Sententiam Inquisitorum (quos appellatos Inquisitores appellat) scribit esse falsam, calumniosam, iniustam, impiam, insolentem, iniuriosam, tyrannicam, ac proinde multiphariam nullius. Certe Velsio iudice, nulla unquam, quantumcunque iusta et legitima sententia damnabitur, neque enim unquam fatebitur se errasse, quia subuersus est. Porro licet nulla peculiari sententia Inquisitorum damnatus esset Velsius, quia tamen dogmata damnata haereticorum, Martini Lutheri, et sacramentariorum amplectitur, non solum ipsi inuectores, sed et assertores et doctores,

Velsius
damna-
us sacra-
mentariis.
s.]

res, in quibus est Velsius, intelliguntur damnati, quæ
admodum Damasus de Sabellio inquit: Sabellium das-
mnauit Synodus, nec fuit necesse, ut sectatores eius
postea damnarentur, singulas uiritim Synodos cele-
brari, sed pro tenore constitutionis antiquæ, cunctos
qui prauitatis illius extitere participes, uniuersalis
Ecclesia duxit esse refutandos. Et paulo post: Quoni-
am (inquit) ipse error, qui semel est cum suo autore
damnatus, in particeps quolibet prauæ communionis
effectum & execrationem sui gestat & pœnam. Cæ-
terum ut omnibus perspicuum sit, quæ iuste damna-
tus sit ab Inquisitoribus Velsius, partem sententiæ hic
interferemus. Ea autem sic habet: Et initio hos, &
potissimum eos articulos, qui perspicue indicant &
declarant, ipsum Iustum Velsium, in damnatam hæ-
resim, quæ nostro tempore Sacramentaria uocatur,
& quam primum quidē Berengarius eius nomine in
compluribus Oecumenicis Concilijs damnatus, maxi-
mo cū Ecclesiæ sanctæ dei malo inuexit, & nostro mis-
fero & deplorato seculo, damnatæ memoriæ uiri, Vl-
dericus Zuuinglius, & Iohannes Oecolampadius, ues-
lut ab inferis excitantur, prolapsus esse, eiusq; ap-
probationem & defensionem suscepisse, qua asserit in
uenerabili & diuinissimo sacramento Eucharistiæ,
post prolata uerba consecrationis, corpus & sanguis
nem domini nostri Iesu Christi re ipsa præsentia non
existere, neq; sub externis speciebus, uere & substans-
tialiter contineri, proindeq; Christum sub iisdem spes-
ciebus, minime adorandum esse, adorantesq; idolo-
latræ

latriæ se inuoluere. Cum enim superiori tēpore, quis
 dam huius ciuitatis ciues, ab hæreticis misere dece-
 pti, huius erroris nomine & blasphemie in uene-
 rabile Sacramentum, publice & cum grauisimo tor-
 tuis eiusdem ciuitatis scandalo commissæ, per Spe-
 Etabilem Senatū apprehensi, & deinde præfati
 Reuerendissimi Domini nostri Vicecomiti traditi,
 in custodiam recepti essent, idem iustus Velsius, eos
 rundem defensionem suscipiens, ad iam dictum Res-
 uerendissimum Dominum, scripsit in hæc quæ sequū-
 tur uerba: Videris enim (inquit) mihi in subyiciens-
 do negotio, non recto pede insistere. Nam cum idolo-
 latriæ crimine, non sit aliud maius, & quod sem-
 per grauisime punitum in sacris literis legimus, non
 mihi impij uidentur, sed uerecundi potius seu reues-
 rentes Græci *ιδωλατρῶν* nominant. Qui cum tantum
 non omnes, non in Germania solum dico uiros do-
 ctos & pios, sed & aliarum quoque nationum, quis
 bus uberius ingenij & cognitionis contigerit, in
 hoc consentire audeant, idololatriam esse, symbo-
 licum panem, aut repositum & inclusum aut circū-
 cumlatum adorare, neque uero multum temporis
 esse, ex quo hoc a quibusdam crassis nimium ut pus-
 tant & carnalibus, factitari sit cœptum, huiusmodi
 iusto metu impliciti, nec ipsi eum adorare sustineant,
 & alios ab eiusmodi errore (ut credunt) reuocare
 conentur, eoque ego hos non carcere & uinculis
 constringendos existimem &c. Quam etiam suā hæ-
 reticam sententiam in charta prædictæ suæ cōfessio-
 nis

60 REFUTATIO CALVM.

nis seu responsiōis ad interrogatoria Senatus facta, apertius declarando & cōfirmando, ita inter alia expressit, hisce uerbis disertis subsequentibus: Nolo latere C. V. ut mihi uideatur, quod non sine causa Martinus Lutherus, omnesq; qui Lutherani seu Euangelici nominantur, unanimiter concludant ac statuunt, idololatriam esse, panem symbolicum a ueteribus patribus appellatum, adorare, cum Transsubstantiationis dogma (quæ illorum est sententia) noua quædam cōmentitia hominū sit doctrina, ex sophistica oriunda, ac non solum non consentanea sacrae scripturae, atq; apostolicis traditionibus, & ueterum patrum sacrae doctrinae, sed etiam prorsus contraria &c. Haec tenus ex sententia. Erasmus in responsione ad epistolam apologeticam, incerto authore proditam, nisi quod titulus forte fictus habebat, per ministros uerbi, Ecclesiae Argentoratensis, quendam Leopoldū corarguit, qui uerba sua impudentissime deprauauerat, truncatimq; retulerat, ut insinuaret Erasmus sentire, quod sacramentarij docent de Eucharistia. Prima statim (inquit) citatione, uide quantum mendacium. In plerisque (ut ait) locis, appello panem & uinū Eucharistiae symbola, hoc est, signa & symbolicum panē, cum haec uerba nusquā sint in scriptis meis, sed audiuit ab aliquo, nam Leopoldus non uidetur mea legisse. Dubitat tamē an hoc dixerim in quærela pacis, an in Enchiridio, an in alio quopiam librorum meorum. Verba quæ citat ex Enchiridio cap. 5. deprauate citat. Imo eo ipso in loco, carnem & sanguinem appello his uerbis: Christus contempsit carnis suae manducationem,

cationem, & sanguinis potum, nisi & spiritualiter e-
 datur atq; bibatur. Et hic est locus qui palam decla-
 rat, quid caëlem in corde meo matu pontificis ac Cæs-
 saris, homo uidelicet maticulosus. Nam & hoc præ-
 struxit. Si diuersum (inquit Leopoldus) sentiret
 Erasmus, scriberet aduersus eos, qui negant ueritatē
 corporis & sanguinis in Eucharistia. Qui sic loquitur,
 non dicit me cum ipsis sentire. Quin & sententiā
 meam, quam Senatui Basiliensi scripto tradidi, de pri-
 uate refert. Et quum palam profiteatur, me sentire
 cum Ecclesia catholica, ac dissentire ab Oecolampar-
 dio, tamen hic ita loquitur. Vides hic quid dicat bo-
 nus ille uir, modo uelis intelligere. Itidem stultissimi
 refert adnotationem in Marc. cap. 14. quū illic pro-
 nunciem hæreticum esse, negare in Eucharistia ueri-
 tatem corporis & sanguinis. Addunt locum ex para-
 phrasi in prioris ad Corin. cap. 10. & 11. ubi iacet
 me palam, multisq; uerbis, satis significare, in Eucha-
 ristia esse panem & uinum, quum illic habeantur hæc
 mea uerba: Nos quoq; baptismo purgati sumus, ex
 aquo sacrosancti corporis cibo uescimur, de calice
 mystico bibimus omnes. Ibidē crebro repeto hæc uer-
 ba: Corpus & sanguis domini. At ibidē corpus Chris-
 ti uoco panem, uoco, sed addo, sacrum. Qui minus id
 mihi liceat, cum Paulus, cuius paraphrasin illic agro,
 idem faciat in eodē loco? Quin & illud improbe nien-
 titur, me uocasse panem & uinum, symbola corporis
 & sanguinis domini, quasi sentiam hæc elementa, esse
 signa corporis & sanguinis, absentis, quum ego diluci-
 de, quid sentiam explanās, ipsam sumptionem, n appela-
 lem,

lem, symbolum æterni fœderis. Impudentius etiam mendacium est, quod ait, me sanguinem appellare uinum, sed appello sacrosanctum poculum. Adducit locum ex Actis, ubi prædicat me eadem scribere, quæ scripsi in epistolam ad Corinthios, quum ipsa res doceat hoc esse uanissimum. Addit alia multa esse loca in scriptis meis, quibus indico me sentire cum ipsis, hoc mendatio quid impudentius? Alia multa sunt loca, quæ declarant me sentire cum Ecclesia catholica, nullum est uerbum quod suspicionem præbeat diuersæ sententiæ. Hactenus Erasmus, quem Velsius patriæ suæ ornamentum & bonarum literarum, sed & theologici studij instauratorem scribit, qui tamen summopere abhorreta nuncupatione panis symbolici, nec patitur sibi falso adscribi, quod panem & uinum Eucharistiæ symbola, hoc est, signa, & symbolicum panem appellarit, uel panem & uinum symbola dixerit corporis & sanguinis Domini, quasi sentiat hæc elementa, esse signa corporis & sanguinis absentis. Porro cum Velsius apertissime comprobet eos, qui dicunt idololatriam esse symbolicum panem adorare, imo non sine causa Martinum Lutherum & Lutheranos omnes unanimiter concludere, panem symbolicum a ueteribus patribus appellatum, adorare, quemadmodum ostensum est, & negare non possit uerba sua esse, nec unquam ea uoluerit reuocare uel abiurare, nonne tamdiu censebitur permanere in Sacramentariorum hæresi, quamdiu eadem absque pallinodia comprobauerit? Manus eius, scriptura illis

nis manu exarata loquitur, & declarat quid de Eucharistia sentiat. Si modo mutavit sententiam, reuocet & abiuret priorem. Quod quia facere recusauit, nonne æquissimo iure tanquam Sacramentarius condemnatus est? Quod autem postea confessione sese subiecit Augustanæ, nihil illi potest patrocinari. Non enim hoc fecit, quod per oïa cū illa sentiret, sed ut illius præsidio dimitteretur, quemadmodum inferius declarabimus. Et tamen ut donemus hoc Velsio, cum modo per omnia consentire cum illa Confessione, quæ ergo non damnat priora errata? quæ non reuocat: quæ non abiurat? Cæterum quid Martinus Luther & Lutherani de pane symbolico non adorando concluderint, non magnificimus, nec modo excutiendum suscepimus, optarem tamen ut Velsus nobis bona fide proferret in medium, illosrum ueterum patrum sententias, qui Eucharistiam appellant panem symbolicum. Hoc unum affirmare in ueritate possum, cum Velsus præsentibus Consulis & alijs plurimis Senatorij ordinis uiris & nobis, urgeretur a Reuerendo Domino Præposito Groppero, ut uel unum si posset proferret ex præteritis, qui peracta consecratione, Eucharistiam appellaret panem symbolicum, ipsum penitus obmutuisse. ¶ Adscribit sibi summam animi modestiam, ac miram in aduersis patientiã atq; animi tranquillitatẽ, tantum dicit se pro pereuntibus nobis, quos somnia eius non animaduertimus, mærorem animo concipere, ut doloris impatiens, exoptet cum Paulo, & ipse pro horũ salute, anathema esse a Christo.

Vehẽ

Vehementer dolet Ecclesiam disiectam, & eius unitatem ardentem se fingit desiderare, dicitq; se eo totum spectare, ut Ecclesia disiecta unitas aliquando restaretur. Nos & eos quos huius persecutionis putat auctores, dicit esse sanguinarios & homicidas, qui homines deo charos, & mundo salutare, tanquam hereticos eos persequimur. Scribit se in alma urbe Colonensi, & (ut ipse loquitur) libera Imperij ciuitate, inusitata pertulisse, contra omne ius legitimum, naturale, gentium & ciuile. Quae omnia absq; risu legere non potui. Et quidem ut anathema sit a Christo, nullo modo optamus, sed potius desideramus ut respiscat, & Ecclesia catholica reconcilietur, ut possit perpetuo uiuere cum Christo. Interim tamen dum permanet in perfidia, sit omnibus catholicis anathema, id est, separat, segregatus, exclusus ab eis, ne unius ouis dirum contagium, innoxium gregem Christi, uenenata permixtione contamine. Quam totus autem spectet, ut Ecclesiae disiecta unitas aliquando restauretur, inde potest colligi, quod ubicunq; uenerit, non unitatem, sed dissidia parere consuevit. Hoc enim non solum Colonia, sed & Vuesalia & Franckfordia, & alibi ab eo factum didicimus. ¶ Quod autem dicit se persecutionem passum, nosq; uocat persecutores, qui homines deo charos, & mundo salutare, tanquam hereticos persequimur, fatissimum est. Non enim heretici sunt deo chari, & mundo non sunt salutare, sed exitiales pestes, & cum a catholicis coercentur aut proscribuntur, magis Ecclesia catholica persecutionem patitur, superbia & impietate eorum, quos temporalibus molestis

lestijs atq; terroribus emendare conatur. Vnde S. Au-
 gustinus epist. 48. ad Vincentium. Noueris (inquit)
 aliquando furem, auertendis pecoribus pabulū spar-
 gere, & aliquando pastorem flagello ad gregem pes-
 cora errantia reuocare. Nonne contumacem ancil-
 lam, data sibi potestate Sara potius affligebat? Et uti-
 que non eam quam superius beneficio suo matrē fece-
 rat crudeliter oderat, sed in ea superbiam salubriter
 edomabat. Non autem ignoras, quod istæ duæ mulie-
 res Sara & Agar, & duo filij earum Isaac & Ismael, Gen. 16.
 pro spiritualibus & carnalibus figurentur. Et cum les-
 gamus ancillam & filium eius a Sara passos graues
 molestias, Paulus tamen apostolus dicit, quod ab Isma-
 ele persecutionem sit passus Isaac. Sed sicut tunc (in-
 quit) ille qui erat secundum carnem, persequebatur
 eum qui erat secundum spiritum, ita & nunc, ut qui Gali. 4.
 possunt intelligant, magis Ecclesiam catholicam per-
 secutionem pati, superbia & impietate carnalium,
 quos temporalibus molestijs atq; terroribus emenda-
 re conatur. Quicquid ergo facit uera & legitima ma-
 ter, etiam si asperum amarumq; sentiatur, non malū
 pro malo reddit, sed bonū disciplinæ, expellēdo ma-
 lū iniquitatis apponit, nō odio nocēdi, sed dilectione
 sanandi. Cum boni & mali eadem faciunt, eademq;
 patiuntur, non factis & pœnis, sed causis utiq; discer-
 nendi sunt. Pharao populum dei, duris laboribus at-
 terebat Moses eundem populum impie agentem, duris
 coercionibus affligebat. Similia fecerunt, sed non
 similiter prodesse uoluerunt. Ille dominatione infla-
 tus, iste zelo inflammatus est. Iezabel occidit prophe-
 tas,

unita
 totum
 restau
 at aus
 homie
 aretis
 niens,
 usitata
 le, gen
 potui.
 modo os
 r Eccle
 uiuere
 n perfa
 separas
 s dirum
 ita pers
 pectet,
 tur, ins
 unitate,
 olū Coa
 bi ab eo
 rsecutis
 omnes
 reticos
 ici sunt
 xitiales
 scribun
 patitur,
 bus mos
 lestijs

tas, & diuersa passorum. Aspicere etiam tempora nos
 ui testamenti, quando iam ipsa mansuetudo charitas
 tis, non solum in corde erat seruanda, uerū etiā in la
 ce monstranda, quando Petri gladius in uaginam res
 uocatur a Christo, & ostenditur non debuisse de uagia
 na eximi nec pro Christo. Legimus tamē non solum,
 quod ceciderūt Iudæi Paulū apostolū, uerū etiam quod
 ceciderūt & Græci pro Paulo apostolo Sostenen Iudæ
 um. Nonne similitudo facti, quasi utrosq; coniungit, &
 tamen eos cause dissimilitudo discernit? Nempe deus
 proprio filio suo nō pepercit, sed pro nobis omnibus
 tradidit illū. Nempe de filio ipso dicitur: Qui me dis
 lexit, & tradidit semetipsum pro me. Nempe et de Iu
 da dicitur, quod introierit in eum sathanas, ut trade
 ret Christū. Cum ergo & pater tradiderit filiū suum,
 & ipse Christus corpus suū, & Iudas dominū suum, cur
 in hac traditione deus est pius, & homo reus, nisi in
 una quam fecerunt causa, non una est quam fecerunt?
 Tres cruces in loco uno erant, in una latro liberādus,
 in media Christus, alterum liberaturus, alterū dam
 naturus. Quid similius istis crucibus? quid dissimilius
 istis pendentibus? Traditus est Paulus includendus &
 colligandus, sed quolibet custode carceris, peior est us
 tig; sathanas, cui tamen ipse Paulus tradidit hominē
 in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domi
 ni Iesu: Et hic quid dicimus? Ecce mitiori tradidit cru
 delis traditor, crudeliori tradidit misericors tradis
 tor. Discamus fratres in similitudine operum, discer
 nere animos operantiū, ne clausis oculis calūniemur,
 & beneuolos pro nocentibus accusemus. Item cum ait
 idem

Rom. 8.

Gal. 2.

Ioan. 13.

Actu. 16.

1. Cor. 5.

1. Tim. 1.

idem apostolus, tradidisse se quosdam sathanæ, ut discerent non blasphemare, malum pro malo reddidit, an potius malos etiam per malum emendare, bonum opus esse indicauit? Si semper esset laudabile persecutionem pati, sufficeret domino dicere: Beati qui persecutionem patiuntur, nec adderet propter iniustitiam. Item si semper esset culpabile persecutio nem facere, non scriptum esset in sanctis libris, Detrahentem proximo suo occulte, hunc persequer bar. Aliquando ergo & qui eam patitur, iniustus est, & qui eam facit, iustus est. Sed plane semper & mali persecuti sunt bonos, & boni persecuti sunt malos. Illi nocendo per iniustitiam, illi consulendo per disciplinam. Illi immaniter, illi temperanter. Illi seruientes cupiditati, illi charitati. Nam qui trucidat, non considerat quemadmodum laesiet, qui autem curat, considerat quemadmodum fecerit. Ille enim persequitur sanitatem, ille putredinem. Occiderunt impij prophetas, occiderunt impios & prophetas. flagellauerunt Iudæi Christum, Iudæos flagellauit & Christus. Traditi sunt apostoli ab hominibus potestati humanæ, tradiderunt & apostoli homines potestati sathanæ. In his omnibus quid attenditur, nisi quis eorum pro ueritate, quis pro iniquitate, quis nocendi causa, quis emendandi? Hætenus ille. Iam uero quod in præfatione sua apologia, quaritur se in libera imperij ciuitate, contra omne ius legitimum, naturale, gentium & ciuile inusitata perpeßum, non uidet miser, quam contra se faciant omnia quæ huc profert, cum ex sui ipsius

Matth. 5.

Psal. 100

E. n. uera

uerbis manifestum fiat, peccasse ipsum contra omnes
 hasce iuris species quam immani sume, esseq; longe
 mitius aduersus eum actum, siue per Inquisitores hæ
 reticæ prauitatis, siue per potestatem secularem, quã
 illius admissa meruerint. Nam ut a iure naturæ ins
 cipiamus. Nemo non Velsio libenter cõcedit hoc ius,
 unicuique iustam sui suorumq; tuitiõnem & defensio
 nem permitteret. Ad hæc homini a natura peculiaris
 ter tributum esse, ut mente & ratione utens, non ut
 cætera animantia temere inconsideratq; ferretur,
 nec quæuis obuia cæco impetu inuaderet, omniãq;
 vastaret & perderet, sed ut tum sibi, tum alijs salutaris
 esset, utens huiusmodi præsidio, cū ad reliqua ma
 la, tum ad calumnias & mendacia falso intentata de
 pellenda. Quinetiam fatendum est Velsio, iure natu
 ræ, quod homini proprium est, & hæc contineri, quæ
 sunt, deum rite colere, ut apostolus Rom. 1. testatur,
 parenti & patriæ obtemperare, neminem ledere, sed
 communem hominum societatem cõseruare, omniãq;
 alijs facere, quæcunq; uolumus ut nobis faciant homi
 nes, quod illum docere potuit liber Decretorum Gra
 tiani dist. 1. Iam si in dubium uocetur, quinam in hac
 controuersia, in has partes iuris naturæ peccarint,
 Velsius ne, an Inquisitores hæreticæ prauitatis, seu
 potestas secularis huius urbis, quis non uidet hos ijs
 omnia consentienter egisse, illum uero per omnia ins
 solenter, procaciter & insane oblectatu fuisse. ut om
 nino uel natura ipsa dicante necessarium fuerit ipsi
 us petulantiam atq; adeo furorem, his saltem ratio
 nibus, quas ipse (licet omnium leuissimas) criminatur
 retundere

retundere coereere & cohibere. Quam temere enim atque inconsiderate, uelut emotæ mentis homo, omnes actiones suas iam ex multo tempore in hac urbe instituerit, & quam turbulenter cæco quodam impetu omnia pene Colonia olim rectissime constituta (cæcitate inuenteret) inuasit, atque in hoc unum, omni opere atque studio incubuerit, ut antiquissimum, tum Ecclesiarum, tum Academia, tum Reipublicæ ciuitatis Coloniensis statum, nulla etiam solennis iurisdictione a se Academia & Reipublicæ præstiti, habita ratione uastaret atque perderet. Id tum scriptis, tum factis seditiosissimis, satis superque declarauit, sufficerentque ad eam rem comprobendam, impius & famosus eius libellus inscriptus Christi, cum ridiculus illis parabolis & epistolis, ad bonæ memoriæ Adolphum Archiepiscopum Coloniensem datis, ac alijs ad amplissimum Senatam ciuitatis Coloniensis, super illarum sententia & intellectu conscriptis. Ex quibus cum Archiepiscopus & Senatus manifeste deprehendissent hominem in sua Ciuitate turbas ciere, & tumultum mouere, ad hæc manifeste Sacramentarium esse, ut qui diuinissimam Eucharistiam, nihil aliud quam panem symbolicum, & Christi in Eucharistia adorationem, idololatricam esse asseueraret, reliquumque cultum, qui in Ecclesia catholica peragitur, uirulentissime blasphemaret, iustissime certe uel ipso iure naturæ dictante per moti illi sunt, ac primum quidem Senatus, ut eum sua urbe excedere iuberet, deinde id quamuis ter aut quater monitus, iussis eius obstrepens, obstinate facere detrectaret, uelut publicæ potestatis temerarium con-

70 REFUTATIO CALVM.

temptorem & refractarium, in publicam custodiã concedere iuberet, deniq; & Archiepiscopus aduersus eũ super hæresi, inquisitionem institui mandaret. Quæ certe nisi utriq; fecissent, grauißime in ius naturæ, & suum officium peccassent, quo obligati erant, Religio- nis & Reipublicæ atq; Academiæ (quas ille tam gra- uiter obleserat) iustißimam defensionẽ suscipere, im- pietates, calumnias & mendacia eius depellere, ipse- sumq; uelut præsentem quandam pestem, ad conser- uandam communem hominum societatem, ex urbe & diocæsi Coloniensi, ordine legitimo eijcere. Iam quod ad ius gentium attinet, quod ex iure naturæ ori- tur, quis nescit (id quod Velsius adducit) eius partes potissimas esse, ut pro societatis publicæ conseruati- one, fontes puniantur, & controuersie legitimis ius- dicijs dicta causa inculpate decidantur, & quæ latis- sententijs comprehensa sunt, executioni mandentur? Porro hoc iure quoq; citra controuersiam usi sunt In- quisitores & Magistratus in Velsium. Est enim falsissi- mum quod ipse obtendit, se indicta causa condemna- tum esse, cum aduersus eum nihil omnino nisi legitis- mo processu præcedente actum sit. Neq; enim ante con- demnatus est, quam præcedente citatione, proposito libello, auditis responsionibus, & diligenter perlectis & perpensis scriptis per eum exhibitis, & factis in ad- uersum probationibus, ex quibus, adeoque ex Velsij propria confessione, in eum lata est sententia, secun- dum Euangelij uerbum, Ex uerbis tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis. Certe plusquam suf- ficiens.

Scienter auditum esse Velsium, quamuis ille respons
 dere, ut debebat, contumaciter & dolose recusaues
 rit, uel ipsa interrogatoria (quæ suis fœdissimis &
 contumeliosissimis, tam in ecclesiasticum quam secu
 larem magistratum commentarijs contaminauit) eo
 uidenter ostendunt. Sed nos alio quodam opere, quod
 habemus præ manibus, deo fauente, illa ipsa interro
 gatoria propugnabimus. Cæterum uanissimum quos
 que est, quod cauillatur, non naturæ modo & gentis
 um, sed & Ciuilis iuris præscriptum in actione ad
 uersus se uiolatum esse. Etenim qui legitimo iure us
 tuntur, eos nemini iniuriam facere constat, legitis
 mo autem iuræ contra Velsium actum esse, secundū
 sanctiones tam Canonicas, quam Ciuiles, a multis se
 culis toto orbe receptas, Acta in hac causa publica lis
 quidissime comprobant. Quid igitur est quod quæris
 tur, legitimum & usitatam cuius æqualitatis conser
 uationem, aduersus eum obseruatam non esse? Quid?
 an alia est eius æqualitatis conseruatio, quam per
 Canonicarum sanctionum, & sacrarum Legum ob
 seruationem? secundum quam tamen summo iure
 cum eo actum non esse, sed omnium lenissimo, com
 pertum est omnibus, qui pœnas hæreticis utroque
 iure decretas, non ignorant. Euadit igitur ex his
 omnibus manifestum, totam Velsij hac in parte cons
 questionem, nihil aliud quam uanissimum, calumnios
 sissimum, & mēdaci simū commentū esse. Porro quam
 ridiculū sit, quod se declarat comprobatorē Augusta
 E. iij. nœ

na confessionis, quæ exhibita fuit Imperatori Augustæ in Comitibus, a Iohanne duce Saxonie Electore, & alijs quibusdam principibus, quis non uideat? Reseram tibi catholice lector rem gestam Colonia in turri apud S. Gereonem anno 1555. 19. Decembris, cui interfuerunt consules, & alij senatorij ordinis plurimi una cum Inquisitoribus, & deputatis ab Archiepiscopo Coloniensi, ex qua perspicuum euadet, quo animo se modo subiiciat Augustanæ confessioni, & quantum prius illi fuerit aduersatus. Inter cætera siquidem quæ ibi acta erant cum Velsio, Reuerendus D. Ioannes Cropper, Præpositus Bonnensis, inter alia multa coarguit hominem impudentissimæ uanitatis, fœdissimæque inconstantie & leuitatis, ut qui nunc in discrimen adductus, Confessionis Augustanæ præsidio se tueri uellet, quam antea tamen ut hæreticam, suis in publicum æditis libellis infestissime oppugnasset, cui quoque ne nunc quidem in articulo omnium grauißimo de Eucharistia cõsentiret. Atque ut huius primum reuinceretur, constare aiebat Augustanæ Confessionis authores, articulo eius. 10. asserere. se de cœna domini docere, quod corpus & sanguis Christi, uere adsint & distribuantur uescientibus, & improbare Iecus docentes. Cum interim Velsius in epistola ad Archiepiscopum, Eucharistiam non alio nomine, quàm panis symbolici dignaretur, quæ est Zuuinglij & Ocolampadij hæresis, quam Augustanæ confessionis authores, ut iam dictum est, diserte damnant. Et cum olim Erasmo, incertus quispiam calumniator, eandem hæresim affingeret, & in testimonium eius calumnie

commet

commemoraret, eum alicubi appellare panem & uis-
 num Eucharistiæ symbola, hoc est, signa & symbolicæ
 panem, id est, panem aliquid significantem, neque tas-
 men locum ubi sic scripsisset ille ostenderet, sed cum si-
 bi diceret excidisse, Erasmus non ferens sibi tam exe-
 crabilem hæresim impingi, in libello inscripto, Eras-
 mi Roterod. detectio præstigiæ cuiusdam libelli
 Germanice scripti ficto authoris titulo, cum hac ins-
 criptione: Erasmi & Lutheri opiniones de cœna do-
 mini, excuso Basileæ, anno 1526. edito, constantiss-
 me negat se unquam Eucharistiam uocare panem sym-
 bolicum, & in calumniatorem suum inuehens, Quid
 (inquit) impudentius, quam uelle impingere tantæ
 rei calumniam, & fateri se non meminisse loci? Et ne
 in cuiusquam animo ex hac aspergine post hac ulla
 hæreret suspitio, contrariam ex diametro sententi-
 am se docuisse probat, citatis ex quibusdam suis libellis,
 certissimis testimonijs, quibus professus est Christum
 in Eucharistia substantialiter & in ea ipsum uere ex-
 hiberi. Quibus uerbis figuram & nudi symboli impijs-
 simum commentum excludere uoluit. Tanti erat E-
 rasmo refellere, quod illi de appellatione symbolicæ
 panis impactum erat. Cum tamen Velsus ipse, non
 modo contra catholicam ecclesiæ sententiam, sed &
 contra Augustanam confessionem in prædicta epistola
 ad Archiepiscopum, eam appellationem asserere
 atque inducere conatus sit. Addebat ipsum simulato-
 rem pessimum, quid enim dudum antea senserit, satis
 declarasse in libello suo, de hominis beatitudinibus,
 ubi in illud dominicum, Beati qui esuriunt & sitiunt
 E 5 iustitiam

74 REFUTATIO CALVM.

Iustitiam &c. totus Calvinianus est, docens nihil aliud esse, carnem & sanguinem Christi edere ac bibere, quam toto affectu amplecti Christū, & eius se uitæ & morti conformare conari, & fide pro nobis sanguinē Christi effusum haurire, quasi in Eucharistiæ percēptione, nihil aliud quam Christū carne pro nobis passum esse, fide apprehendatur, non etiam caro eius & sanguis reuera & substantialiter edatur & bibatur. quod totum est contra Augustanam confessionē. Deinde dicebat Augustanæ confessionis authores in articulo de utraq; specie asserere, licet aduersus Ecclesiam catholicam, morem dandi Eucharistiam sub altera tantum specie, introductum esse contra mandata dei, sacram scripturam, ueteres canones, & exemplū Ecclesiæ, eamq; communionem diuisionem esse sacramenti, quæ non conueniat cum institutione Christi. Vbi tamen Velsius in responsione sua ad articulū. 28. libelli Inquisitionis contra se in turri exhibiti, melius (ut fingebat) sentiēs, mirari se dicebat, cur illi hæc opinio, qua alterius speciei cōmunio conuellitur impingatur, cum ipse hic Colonia multoties altera specie contentus fuerit, & tum adhuc proxime ipso die pentecostes. Iam quod haud pridem antea in suis libellis in publicum editis, confessionem Augustanam, ut absurdam, hæreticam & male sanam semper impugnauerit, idq; cum in multis alijs, cum uero in re omnium maxima, nempe iustificationis, id aiebat eum inficiari non posse. Confessio enim Augustana art. 4. contra Ecclesiam docet, sola imputatione iustitiæ

tia per fidē, cū credimus nos in gratiā recipi, & pec-
 cata remitti propter Christum, iustificationem con-
 stare. Quando Velsius in commentarijs suis in Ces-
 betis tabulam, omnes vires suas expedit, ut common-
 stret quā multis hęc propositio modis, absurda sit &
 falsa, & quam omnium uerissima sit catholicorum
 sententia, nempe iustitiam, quę per Christum nos-
 bis offertur, non solum esse peccatorum remissionem,
 & diuinę gratię reconciliationem, sed etiam (sine
 qua hęc obtineri nequit) interioris hominis renouas-
 tionem & instaurationē, huiusque animi habitus seu
 affectionis conseruationem & incrementum, quam
 necessario præcedere oporteat. Qui uero nouum
 hoc doctrinę genus amplexantur, eos extremis relic-
 tis intermedia hęc summouere conari &c. In summa
 dicebat illum ibi docere, iustificationem hominis esse
 iustitię qua homines iusta agunt collationem, id est,
 interni hominis reparationem, & instaurationem ha-
 bitus seu affectionis in nobis inhærentis, quę spiritus
 sancti ui, in cordibus nostris diffusa bonorum ope-
 rum actiuosa redditur. Deinde constare dicebat,
 Augustanę confessionis professores asserere, in res-
 natis post baptismum peccatum originis uere res-
 manere, etsi non imputetur, ad hęc duo tantum
 esse sacramenta, baptismi & Cęnę dominicę. At
 illum in eisdem suis Commentarijs, hosce qui ita
 asserant, uehementissime hisce nimirum uerbis in se-
 ctari: Quam inquit, tandem horribili animi
 cecitate affecti sunt nonnulli nostri tēporis dogmas-
 tistę, re ipsa aduēti, qui in ijs quidē, qui renascuntur, nō
 totum

95 REFUTATIO CALVM.

totum id quod nouo iustitiæ lumini obstat, omnesq; ipsi
si aditus obstruit, & præcludit, uerã nimirum & prop-
priam peccati naturam ac rationem, tolli statuunt.
In peccatum autem post acceptam iustificationis gras-
tiam lapsis, necessarium pœnitentiæ sacramentũ adia-
munt? At post pauca, Dolendum (inquit) & maxime
quidem dolendum est, eo inconsideratissimæ & demẽ-
tissimæ temeritatis peruenisse nõ paucos, ut in suam
& aliorum complurium præsentissimam pernitiem,
huiusmodi nouare in animum inducant, quæ mihi san-
ne (inquit) adeo absurda uidentur, ut mirandum max-
ime putem, ullis hæc præterquam Bucalionibus, Cor-
ræbis, Melitidibus, & id genus stolidissimis hominis
bus approbari posse. Nam quid quæso (ut subiicit) abs-
surdius tandem dici potest, quam in renatis & iustifi-
catis, manere peccatum? Neq; enim id aliter dici uis-
deri sibi ait, quam si quis sanitati quidem restitutum
aliquem esse diceret, in quo morbus tamen esset ali-
qua ex parte relictus. Nam ut huius (inquit) utpote
qui secum manifeste pugnaret, parum probabilis has-
beretur otatio, ita & istorum aliena est sententia, quã
merito omnium mentes aspernẽtur & respuant, uis-
denturq; adeo mihi (ait) isti dum Christi gloriam am-
plificare uolunt, ut sane præ se ferunt, eam etiam im-
minuere, ique potissimum, qui non solum in renatis
remanere peccatum uolunt, sed etiam non uerentur
asserere, iustificationem hominis intelligi oportere,
non iustitiæ qua homines iusta agunt collationem &
prouectionem, sed propter Christum, in gratiam fia-
liorum dei acceptationem, &c. Hactenus Velsius in
Augusta

Augustanæ Confessionis sectatores acerrime inue-
 hens. Qui & de libero arbitrio, longe aliter quam illi
 sentiunt. Suam sententiam in eisdem Commentarijs
 explicavit fa. 135. & sequen. His alijsque sic indicatis,
 coarguit hominis mirabilem inconstantiam & leuita-
 tem, quod uidelicet nunc, iudicij uitandi causa demum
 cõfugeret in illorum præsidium, quos antea uehemens-
 tissime insectatus fuisset, & acerrime perstrinxisset,
 quasi horribili animi cœcitate affectos, quosque eo in-
 consyderatissimæ & dementissimæ temeritatis per-
 uenisse dixisset, ut in animum induxerint adeo absur-
 da hominibus persuadere, quæ nullis præterquam Bu-
 calionibus, Coræbis, Melitidibus, & id genus stolidissi-
 mis hominibus, approbari ullo modo possent. Hanc
 uero suam impudentem leuitatem & inconstantiam
 ipsi considerandam esse affirmabat, ne exuta omni ue-
 recundia & rubore, in corona tot præstantium uirorũ,
 qui illic tum, & Archiepiscopi & Senatus nomine ade-
 rant, nunc demum inciperet ea asserere, quæ ipse an-
 tea omni conatu destruxisset, memor illius Paulini,
 Si quæ destruxi, iterum hæc reedifico. præuaricatore
 me constituo. Hactenus Cropperus. ¶ Dicit se in hac
 sua apologia, non admodum multum usurum autoris-
 tate hominum, qui & errare & decipi possunt, sed om-
 nia potius ex sacris & diuinitus nobis spiritus sancti
 inspiratione traditis oraculis ac literis, de quorum
 ueritate dubitari non potest, exquisitissima, quoad
 eius fieri poterit, demonstratione confirmaturum,
 quam rationem & ueteres secutos esse, & maxime cõ-
 probasse perspexerit, non solum ut certissimam, sed
 etiam

Gala. 2.

REFUTATIO CALVM.

78

etiam ut concordia & tranquillitatis in Ecclesia cau-
sam precipuam, cum nos ex Christo unico capite no-
stro eiusque uerbo unanimiter totos pendere effici-
at, quemadmodum & contrariū, hominū scilicet au-
toritate niti, res quæpiam uaria cum sit & multis
plex (nam ut inquit Comicus, quot homines, tot sunt
sententiæ) omnis disidiij & perturbationis, quæ us-
quam hodie est terrarum, uel potissima causa esse uis-
deatur. Quam rem, dicit Basiliū magnum exquisi-
tissime perspexisse in eo opere, in quo causam inquis-
rit & aperit, atque etiam periculum, tantæ tum Ec-
clesiarum dei, tum uniuscuiusque hominis cum alte-
ro, dissensionis & discordiæ. Subijcit autem eum lo-
cum Basiliij de Græco in Latinum conuersum (ut ipse
ait bona fide) in hæc uerba: Horum igitur recordat-
us, & id de rebus præsentibus cogitauit, quod dixis-
se quidem horrendum fortassis, contraque opinio-
nem fuerit, cõsiderasse autem uerissimum, quod haud
scio an & nunc propter unius & magni ueri & solius
uniuersorum regis ac dei aspernationē, huiusmodi
dissensio & pugna in Ecclesia existat, dum unus-
quisque quidem, a domini nostri Iesu Christi doctri-
na desiscit, sententias autem quasdam & definitio-
nes proprias ex autoritate defendit, ad magis impe-
rium sibi, contra dominum usurpare, quam domini
imperio subijci uult. Deinde suadet ut repudiato ma-
gistro sententiarum, unde non solum infelicitas sed
& peruerse Theologiæ principia repetuntur, ut nes-
cieto Aquinate, Scoto, & id genus summularijs &

In asceti-
cis, in pro-
emio, de
iudicio
dei.

dogmatistis, quibus plus propemodum, quam
 ipsi Christo, sectatores eorum tribuunt, ut relicta ius
 ris canonici confusione horrenda, quæ non minima
 vitæ hominum perturbationis est causa, ad ipsum
 fontem, dei nimirum uiuificum uerbum, recurramus,
 uide fol. 1. & 2. Porro fol. 48. dicit uerbū dei, certissimum
 ueritatis canonem, cui ne quid addamus, nec
 detrahamus, sed integre conseruemus, religiose præ
 cipitur. Vbi etiam dicit, ius pontificum per *ἀντιπρωτο*
δικον canonicum appellari, cum regula Lesbia sit & de Deut. 4
 lirans amussis *κρυεῖνα*, cui tanquam pestifero ueneno
 mel, tum sacrarum literarum, tum patrum quædam
 præclara sententiæ, antiqui illius serpentis astu,
 qui cum Christum tentaret, etiam scripturas in me
 dium produxit, immixtas esse. hæc ille. Sed quorū
 sum hæc omnia? Nimirum hæc omnia eos spectant ui
 ri ornatissimi, ut reiectis omnibus traditionibus &
 autoritatibus ac sententijs patrum, nihil suadeat
 Velsus, uere serpens astu antiqui illius serpentis ues
 tra præclare Reipublicæ immissus, recipiendum,
 quod non clarissime in sacris literis reperiatur ex
 pressum, quemadmodum satis aperte indicat. fol. 28
 ubi post citatam autoritatem Clementis, ait: Neque
 enim nos hoc loco Clementis autoritate nitimur, sic
 ut certe nullius hominis, sed tantum uerbi dei auto
 ritate nitendū arbitramur. Et fol. 39. dicit uerbū dei
 rectamque rationē iudicem futurū in disputatiōe ad
 quā prouocat. Et fol. 30. insinuat uerbū dei & sacras li
 teras certissimā normā esse finiendarū cōtrouersiarū.
 sed

80 REFUTATIO CALVM.

Sed non omnia quæ tenenda sunt, a scriptura petenda esse, quod non omnia diuinitus sint tradita in sacra scriptura, sed multa in uniuersali Ecclesia esse recepta, et ea quidem ad salutem necessaria, quæ in scriptura canonica dilucide non leguntur, satis existimamus nos comprobasse lib. 2. aduersus hareses & sectas cap. 3. & 4. Sed & in propugnatione Interrogatoriorum, quam proxime dabimus, circa interrogatoriorum sextum id antiquissimorum patrum, nempe Dionysij Areopagite, Tertulliani etiam loco annotato & Basiliij magni ostendemus, Sed & hoc certissimum est, sacram scripturam esse non posse iudicem in disputatione aut quacunque controuersia primum, quoniam scripturæ sunt muti iudices, quare æque foret necessarium, ut quisquam ex scripturis, huiusmodi proferret iudicium, quod necesse esset omnes absque contradictione sequi, etiam quicquid sibi uideretur de huiusmodi iudicio. Deinde cum pars utraque pro suo quem adstruit sensu, scripturarum adferat testimonia, & partis alterius scripturas, expositione sibi accommodet & contorqueat. quis hos in suo sensu utrinque pertinaces conciliabit inuicem, si in his non subiiciantur præsertim alicuius iudicio? Alioquin nullus erit dubitationum, controuersiarum & altercationum finis, sed continuo tot uidebimus de scripturis, & tam discrepantes sententias ac interpretationes, quot sunt hominum & quam diuersa capita. Est enim sacra scriptura, uelut Lesbicæ cuiusdam ædificationis plumbea regula, quæ flecti, duci, & in diuersam etiam sententiam trahi se facile patiat, nisi quis ueram illam, rigidam, & inflexibilem

flexibilem scripturarum amussim, adhibeat. Quod si quæritis quam. Respondeo. Ecclesiastica traditio-
 tionis auctoritatem & sensum, quæ non solum non inferior, non solum par, imo & quodammodo superior & notior est, auctoritate scripturarum. Dicit nobis Velsius, qui abrogata Ecclesiastica traditionis auctoritate, omnem disceptationem & controuersiam ad scripturas prouocat, unde nobis certo constabit, hæc esse Mosi, Dauidis, Esaia, ac aliorum prophetarum scripta, hæc uero esse Matthæi, Marci, Luca, Ioannis Euangelia, Petri, Pauli Iacobi & Iudæ epistolas, quas sub nominibus eorum legimus, qui autographa eorum nunquam uidimus? Et si uideremus, quis certos nos redderet eorum tam longo tempore mortuorum esse scripta, ac eorum conscripta manu? Deinde ut hoc nobis constaret, quis securos nos reddidit, uera esse quæ illi scribunt omnia? & uere illos scripsisse reuelatione & instinctu spiritus sancti? uera esse certaque quæ scribunt Euangelistæ de Christo, præsertim cum Marcus & Lucas scripserint quæ non uiderunt, sed crediderunt narrantibus alijs? Quod si dixerit quis spiam diuino illos spiritu afflatos conscripsisse, quæ sub nominibus legimus, nihil magis explicabit.

Nam hoc unum quærimus, unde constet, diuino spiritu afflatos illos ista scripsisse, unde insuper hæc quæ leguntur, illorum esse germana, non subdititia, non falsata dinocantur? Nunquam sane poterit Velsius uel quicumque alius, quoquo se uerte

F rit, quop

rit, quomodocunque se torserit, seruare ac defendere
 re sacrarū scripturarum autoritatē, nisi ex autorita
 te traditionis ecclesiasticæ. Non est alia regula, ad
 internoscendū quæ scripturæ diuinæ autoritatē obs
 tineāt, & illi infallibili ueritati prorsus innitatur,
 & quæ nobis sint ac esse debeāt canonica, quæ testis
 moniū Ecclesiæ, intellectæ secundū successionē ab ini
 tio patrū & episcoporum, & ad hac usq; tēpora, nec
 unquā fuit alia ab initio. Nullā habuerunt aliā ab
 initio usq; ad nostra hæc tēpora orthodoxi patres
 oēs, quam ipsam communē sanctorū omnium patrū
 professionē, communē sensum, secundū suorū repos
 rum successiones, magna concordia, ueritati sacræ
 scripturæ, reddentium testimonium. Ex quo commu
 ni consensu ipsius Ecclesiæ (quæ a Paulo appellat
 tur columna & firmamentum ueritatis) ab initio sic
 testificantis, colligimus testimonium fidele & indub
 itatum. Hæc itaq; Ecclesiasticæ traditionis autori
 tas & communis Ecclesiæ sententiā, longe clarior est,
 magisq; aperta, & plane inflexibilior, quam sacræ
 scripturæ, quæ plurimum frequenter obscuritatis
 habent, & se trahi accommodarique in diuersam, &
 ad eam quam quis secum ante præsumpsit sententiā
 patiuntur. Vnde & scripturarum sanctorum, certæ &
 inflexibilis norma, ecclesiasticæ traditionis commu
 nis est sententiā. Vnde & secundum uniuersalis Ecc
 lesiæ traditiones, & iuxta catholici dogmatis regu
 las, interpretari ac explanari debēt. Quibus quādo
 aptatur, si qui locus incidit obscurior, si quid diffi
 cultas

cultatis occurrat, aberrari a ueritate nō posse, cer-
 tū est. Quēadmodū cū neglecta, reiecta & contēpta
 illa norma, pro cuiusq; captu & ingenio legūtur &
 tractātur, fit nobis mēsa nostra in laqueū, in captio-
 nē & scandalū, & unde refici ac instrui nos oportet
 bat, omnis nobis erroris, omniumq; hēresum fit se-
 minariū. Quod probe sciens apostolorum princeps
 Petrus, edocuit clarissime, scripturarū amūsim, ec-
 clesiastica traditionis esse ueritatē a maioribus ac-
 ceptam. Quemadmodū enim S. Clemens lib. 10. res-
 cog. testatur, Coryphaeus apostolorum Petrus loque-
 rus est in hęc uerba: Multas ut uideo ingeniosi hos
 mines, ex his quę legunt, uerisimilitudines capiūt,
 & ideo diligenter obseruandum est, ut lex Dei cum
 legitur, non secundum propriū ingenij intelligen-
 tiam legatur. Sunt enim multa uerba in scripturis
 diuinis, quę possunt trahi ad suum sensum,
 quem sibi unusquisque sponte pręsumpsit, quod
 fieri non oportet. Non enim sensum, quem ex-
 trinsecus attuleris alienum & extraneum debes
 querere, quem ex scripturarum autoritate con-
 firmes, sed ex ipsis scripturis sensum capere ueris-
 tatis, & ideo oportet ab eo intelligentiam discere
 scripturarum, qui eam a maioribus, secundum uer-
 ritatem sibi traditam seruat, & ut ipse possit ea
 quę recte suscepit, competenter asserere. hacten-
 us ille. Cum itaque sacra scriptura, non sit cer-
 tissimus ueritatis canon, aut norma, non potest
 esse concordie & tranquillitatis in Ecclesia causa

præcipua, sed occasio discordiarum & controuersiarum, perturbationumque ac hæresum seminarium, dum contempta spretaque ecclesiastica traditionis autoritate, pro ingenij nostri captu eas tractamus, & plerumque etiam nostras sententias & definitiones statuimus, contra scripturarum ueritatem, quales olim erant illi de quibus loquitur Basilius, quem citat Velsius, dum unusquisque a Domini nostri Iesu Christi doctrina desiscit, sententias autem quasdam & definitiones proprias ex autoritate defendit &c. Loquitur enim ibidem Basilius de hæreticis sui temporis, qui Ecclesiam Dei inclementer dilacerabant, in mandatorum Domini nostri Iesu Christi intelligentia uehementer dissentiebant, & ouile Christi atrociter diuexabāt, qui relicta ac spreta traditionis Ecclesiasticæ autoritate scripturarum intelligentiam propria autoritate sibi sumebant, rationes & regulas quasdam propria autoritate sibi uindicabant. Qui si acquiescissent traditionis Ecclesiasticæ autoritati, & scripturas secundum communem & receptum Ecclesiæ sensum interpretati fuissent, neque nouas in fide quaestiones excitassent, eaque in dubiū reuocassent, quæ antea concorditer per uniuersum orbem docebantur, horrenda illa disensiones non fuissent in Ecclesia excitata. Sed operepretium uidetur illius præcedentia uerba subiungere, ut perspicuum fiat quod diximus. Ex uersione itaque uenerandi patris Godefridi Tilmanni Carthusiani, ita loquitur Basilius: Vbi
 ad uis

ad uirilem ætatem perueni, sane in multis itineribus, quæ per eam ætatem suscepi, compluribus etiã, quæ (ut credi par est) negocia gessi, prorsus cogitã, in cæteris quidem artibus & scientiis, magnopere eos inter se consentire animaduvertebã, qui illarum quasq; diligenter persequerentur. Contra uero in sola dei Ecclesia, cuius causa Christus mortuus esset, & super quam spiritum sanctum suum largiter effudisset, multorum tum priuatim inter se fide maiorem dissensionẽ, tum in sacris literis intelligẽdis, discrepantiã adeo uidebam magnam, quodq; sine horrore maximo cogitari non potest, ipsos Ecclesie antistites, adeo uoluntatibus inter se mutuo, opinionibusq; dissidere, adeoq; in mandatorum domini nostri Iesu Christi intelligentia, uehementer dissentire, deiq; Ecclesiam inclemẽter dilacerare, ipsiusq; ouile immaniter atrociterq; diuexare, ut sine dubio in ipsis cõpletum hoc tempore si quando alias, oraculũ illud iudicãre, exorta noua ista, in eorũ animis Hæresi. Ex uobis ipsis exurgent uiri loquentes per uersa, ut abducant discipulos post se. Hæc atq; eius generis alia, cũ animaduertẽ, adhæc mecũ ipse animi incertus uoluntate cœpissẽ, quæ nã aut unde ingentis adeo calamitatis causa extitisset, sane ipso quidẽ dubitationis meæ huius initio, in obscurissima mihi ueluti quadam caligine uidebar uersari, & nõ secus atq; si in aliqua essem statera cõstitutus, modo in hanc deuergebã, modo in illã partẽ declinabam, eũ uidelicet alius alio me, ob diuturnã, quæ mihi cũ

Actu. 20.

F 3 hominib

86 REFUTATIO CALVM.

hominibus intercessisset, cōsuetudinē raperet, aut cō-
 tra itē alio propelleret & auocarer propter eā quā
 in diuinis libris agnoscerē ueritatē. Cū aut in hac
 diu animi ueluti fluctuatiōe iactarer, causamq; quā
 dixi, cupide & anxie peruestigarē, uenit mihi in mē-
 tem libri, in quo Iudicū recensentur historiae, in quo
 scriptū est illud, Vnusquisq; quod sibi rectū uidebas
 tur, illud faciebat. simulq; etiā causa, cur id ita fieret,
 declaratur, in eo q̄ superius scribitur, his uer-
 bis: In diebus illis, nō erat rex in Israel. hactenus il-
 le. Vides ne pie lector Basiliū magnū causam calas-
 mitatis & dissensionis quā in Ecclesia suo tēpore es-
 rat, hæreticis adscribere? Exorta (inquit) noua ista
 in eorū animis hæresi. Et huc adducit uerba Pauli,
 quæ de pseudo doctoribus & prophetis intelliguntur.
 Sed unde? Quia (inquit) nō erat rex in Israel, sed u-
 nusquisq; q̄ sibi rectū uidebatur, id faciebat. Neq; es-
 nim (ut Cyp. ait) aliunde hæreses oborta sunt, aut
 natabunt schismata, quā inde, q̄ sacerdoti dei non
 obtēperatur. Inde ergo unusquisq; q̄ sibi rectū uis-
 debatur, faciebat, quia Ecclesie capiti hierarchico
 obtēperare recusabat, & aliena ab Ecclesia catholice
 doctrina dogmata sibi cōfingebat, & relicta domi-
 ni nostri Iesu Christi doctrina, rationes ac regulas
 quasdā propria sibi autoritate assereret. Vnde cōti-
 nuo subiungit Basilius: Horū igitur cū mihi in men-
 tē uenisset, illud etiā de hoc ipso, in quo sumus rerū
 statu, cœpi cū aīo meo reputare, q̄ licet dictu fors-
 san terribile ac plenū sit formidinis & mirabile, ue-
 rissimum

Iud. 21.

Iud. 17.

lib. 1.

epist. 3.

rīsimū tamē cōperietur, si quis rē recte expēderit.
 Num uidelicet hoc ipso etiam tēpore ex aspernatio-
 ne singularis, & magni ac ueri, soliusq; rerum om-
 nium, prae potētis & regis & dei, magna adeo eorum,
 qui in dei Ecclesiae censerentur, dissensio, pugnaq;
 inter ipsos esset excitata, q; scilicet relicta unusquis-
 que, domini nostri Iesu Christi doctrina, rationes
 ac regulas quasdam propria sibi autoritate asserat
 ac uindictet, malitque contra domini praecepta ipse
 imperare, quam ipsi parere. hāc ille. Non potest esse
 se obscurum quos haereticos istis uerbis designet. Sic
 quidem Arriani, nonne magnum, uerum, omniumq;
 rerū prae potētē & regem & deum Iesum Christum
 aspernabantur, quem blasphemādo negabāt patrī
 coaequalem & consubstantialem? Qui quā horrendā
 diuisionē dissensionemq; in Ecclesiam inuexerint, quis
 est qui ignorat? Qui relicta Christi domini doctri-
 na, rationes ac regulas quasdam sibi propria au-
 toritate uindicabant, & contra scripturarum ueri-
 tatem, suas sententias & definitiones statuebant,
 quod omnis disidij & perturbationis potissima cau-
 sa erat. perspicis credo optime lector, ut ea quae
 producit Velsius contra nos, nihil contra nos, sed
 multum pro nobis faciant, eademque iustissime in
 Velsium retorqueri, & patres eius haereticos uni-
 uersos, qui si acquieuisent Ecclesiasticae traditio-
 nis autoritati, & sententiae catholicae Ecclesiae,
 quae cum columna sit & firmamentum ueritatis, &
 regatur magisterio spiritus sancti, rectam semper
 F iij habet,

habet & ueram sacrarum scripturarum intelligentiam non experiremur disfidium istud, quod hodie (proh dolor) non solum Germaniam, sed pene totum depopulatur orbem Christianum. Caterum quod iuri canonico tanquam pestifero ueneno, garrat mel, tum sacrarum literarum, tum patrum quasdam præclaras sententias, immixtas esse, antiqui illius serpentis astu, qui quum Christum tentaret, etiam scripturas in medium produxit, more suo facit, hoc est, mendacium & calumniatorum more, Nam eadem maledicendi libidine repudiandum censet magistrum sententiarum, Thomam Aquinatem & Scotum: Et quidem non est mei propositi ac intentionis hoc loco præsidium adferre ac patrociniis uiris integerrimis doctissimisq; ac optime de studio theologico meritis, cum uino uendibili (ut est in prouerbio) suspensa hedera opus non sit. Illud tamen in caput Velsij & aliorum hæreticorum regetendum ac retorquendum existimo, quod dicit iuri canonico astu serpentis antiqui (qui cum Christum tentaret, etiam scripturas in medium produxit) immixtas esse sacrarum literarum, & patrum sententias, tanquam mel, ueneno pestifero. Siquidem non hoc Gratianus in Decretis & alij in Decretalibus, sed reuera oēs hæretici faciunt abutentes scripturis, & in

Matt. 7. Sincere producetes sententias patrum, quod designauit Christus, quando clamabat: Attēdite a falsis prophetis, qui ueniūt ad uos in uestimētis ouium, intrinsecus aut sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos.

eos. Vbi Vincentius Iirinensis, per uestitum ouium in-
 telligit & quidem recte ac diserte, prophetarum &
 apostolorum proloquia, quæ iudem ouili, quadam sin-
 ceritate, agno illi immaculato, qui tollit peccatum
 mundi, tanquam uellera quadam texuerunt. per
 lupos autem rapaces, sensus hereticorum feros &
 rabidos, qui caulas Ecclesie semper infestant, &
 gregem Christi quaquā possunt dilacerant. Sed ut
 fallacius incautis ouibus obrepant, manente lupos-
 rum ferocia, deponunt lupinam speciem, & sese
 diuinæ legis sententijs, uelut quibusdam uelleris
 bus obuoluunt, ut quum quisque lanarum molliti-
 em præsenferit, nequaquam aculeos dentium per-
 timescat. Sed quid ait saluator? Ex fructibus eor-
 um cognoscetis eos. Id est, quum caperint diuin-
 as illas uoces, non iam proferre tantū, sed etiam
 exponere, nec adhuc iactare solum, sed etiam inter-
 pretari, tunc amaritudo illa, tunc acerbitas, tunc
 rabies intelligitur, tunc nouitium uiras exhalabitur,
 tunc prophanæ nouitates aperiuntur, tunc pri-
 mum scindi sepem uideas, tunc transferri patrum
 terminos, tunc catholicam fidem cædi, tunc eccle-
 siasticum dogma lacerari. Tales erant hij, quos per-
 cutit apostolus Paulus, in secunda ad Corinthios
 dicens: Nam eiusmodi (inquit) Pseudo apostoli,
 operarij subdoli, transfigurant se in apostolos Chri-
 sti. Quid est transfigurantes se in apostolos Chri-
 sti? proferebant apostoli diuinæ legis exempla, pro-
 ferebant & illi. proferebant apostoli Psalmorum

2. COR. 11

F 5 artes

autoritates, proferebat et illi, proferebant apostoli
 sententias prophetarum, et illi nihilominus profere-
 bant. Sed cum ea quae similiter protulerant, interpreta-
 ri non similiter cepissent, tunc simplices a subdolis, tunc
 infucati a fucatis, tunc recti a peruersis, tunc postre-
 mo ueri apostoli, a falsis apostolis discernebantur.
 Et non mirum inquit, ipse enim satanas transfiguratur
 se in angelum lucis. Non est ergo magnum si ministri eius
 transfigurantur, sicut ministri iustitiae. Ergo secundum
 apostoli Pauli magisterium, quotiescunque uel pseudo-
 apostoli, uel pseudoprophetae, uel pseudo doctores,
 diuinae legis sententias proferunt, quibus male in-
 terpretatis, errores suos adstruere conantur, non dubium
 est, quin auctoris sui, callida machinamenta sectentur,
 quae ille nunquam profecto commisceretur, nisi sciret
 omnino nullam esse ad fallendum faciliorem uiam, quam ut
 ubi nefarii erroris subinducitur fraudulentia, ibi di-
 uinorum uerborum praetendatur autoritas. Sed dicit ali-
 quis: Vnde probatur quod sacrae legis exemplis, diabolus
 uti soleat? Legat Euangelia in quibus scribitur, Tunc
 assumpsit illum diabolus, id est, dominum saluatorem, et
 statuit illum supra pinnam templi, et dixit ei. Si filius dei
 es, mitte te deorsum: Scriptum est enim, quod angelis suis
 mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uis tuis. In
 manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem
 tuum. Quid hic faciet misellis hominibus, qui ipsum dom-
 inum maiestatis, scripturarum testimonij adpetiuit?
 Si inquit filius dei es, mitte te deorsum. Quare? Scri-
 ptum est enim inquit. Magnopere nobis doctrina loci
 istius

Matt. 4.

istius attēdenda atq; retinēda est, ut tāto eūāgelicā
 autoritatis exemplo, quando aliquos apostolica seu
 prophetica uerba, proferre cōtra catholicā fidē uis
 derimus, diabolu per eos loqui minime dubitemus.
 Nā sicut tūc caput capiti, ita nūc quoq; membra mē
 bris loquūtur, membra scilicet diaboli, mēbris Chri
 sti, perfidi, fidelibus, sacrilegi religiosi, hāretici po
 stremo catholicis. Sed quid tandē dicit? Si inquit fili
 us dei es, mitte te deorsum. hoc est, filius esse uis dei,
 & hāreditatem regni cōlestis accipere, mitte te de
 orsum, id est, ex istius te sublimis Ecclesie, quā etiā
 templū dei putatur, doctrinae & traditione demitte.
 Ac si quis interroget quēpiam hāreticorū, sibi talia
 persuadentē, unde probas? unde doces, quod Ecclesie
 catholicae uniuersalē & antiquā fidem dimittere de
 beā? Statim ille. Scriptū est enim: Et cōtinuo mille
 testimonia, mille exēpla, mille autoritates parat, de
 lege, de psalmis, de apostolis, de prophetis, quibus no
 uo & malo more interpretatis, ex arce catholica,
 in hāreseos barathrum, infelix anima prācipites
 tur. Sed tanto magis cauendū & pertimescendū sunt,
 quanto occultius, sub diuinā legis umbraculis las
 titant. Sciunt enim factores suos, nulli fere cito
 esse placituros, si nudi & simplices exhalentur, atq;
 que idcirco eos cōlestis eloquiū, uelut quodam aro
 mate aspergunt, ut ille qui humanum facile despices
 ret errorem, diuina non facile conemnat oracus
 la. Itaque faciunt quod hūsolent, qui paruulis aus
 stera quādam temperaturi pocula, prius ora melle
 circumo

ebāt apostoli
 nus profere
 , interpreta
 subdolis, tūc
 , tunc postre
 ernebantur.
 ransfigurat
 i ministri ei
 Ergo secun
 nq; uel pseus
 eudo docto
 bus male ina
 tur, nō dubiū
 a seētentur,
 ur, nisi sciret
 uia, quam ue
 lentia, ibi di
 Sed dicit ali
 lis, diabolus
 ribitur, Tūc
 luatorē, &
 Si filius dei
 , angelis su
 uis tuis. In
 lapidē pedē
 i ipsum do
 adpetiuit?
 Quare? Scri
 o doctrina loci
 istius

circūlinunt, ut incauta ætas quum dulcedinē præ-
 senserit, amaritudinem non reformidet. Quod etis-
 am hīs curæ est, qui mala granina & noxios succos,
 medicaminum uocabulis præcolorant, ut nemo fe-
 re, ubi supra scriptum legerit remedium, suspice-
 tur uenenum. Prouocat in nomine domini dei Cie-
 ta enim loquitur) exercituum sancti Israelis, & in
 certamen deponit, quicquid usquam est sapientū &
 maleficorum Aegypti, Gropperorum, Billikiorum,
 Iesuitarum, pseudo-christorum & pseudo prophetarum,
 & id genus monstrorum omnium. Mirum, si
 ille suauis & benignus spiritus domini, qui prophe-
 tarum corda affluit, habitat in Velsio, unde tanta
 erumpat amarulentia. Viros doctissimos, eloquent-
 tissimos, & catholicæ & orthodoxæ fidei propugna-
 tores strenuos, ante quorum conspectum Velsius mu-
 tus esset, quibusque comparandus non est, siue eru-
 ditionem spectes, siue eloquentiam, ipse reuera pseu-
 do propheta & sacramentarius, maleficis compa-
 rat Aegypti. Sed audite reliquas eius ineptias, quibus
 arrogantiæ & temeritatem suam palam facit.
 Nam in hoc certamine non auxiliarium quempiam,
 qui cum in pugna iuuet, se dicit aduocaturum, sed
 intus se uocantem Christum, præstantissimum inuis-
 tissimumque ducem se cuturum, eiusque inuictæ po-
 tentiæ, non suo robori ac ui confisurū. Et certo polli-
 cetur sibi homo stolidus uictoriam, & canit trium-
 phum ante uictoriam, quia dicit uictoriam in demō-
 stratione spiritus & potentiæ, adeo illustrem omnis
 busq;

Exod. 7.

busq; conspicuam futuram, ut illi ipsi aduersarij sui,
 uelint nolint, cum sapientibus & maleficis Aegypti,
 dei prorsus digitum sint agniture, dum uirgis suis
 percutientes puluerem terra, ad sui exemplum, cyni-
 phes educere nequeant, ut sint tam in hominibus
 quam in iumentis, ut taceat interim, a sua uera dea
 monstracionis, recteque rationis uirga, aduersarios
 suorum fallacium & captiosarum reprehensio-
 num uirgas, facile deuorandas. O delirum caput,
 quod nihil nisi cyniphes loquitur, nihil nisi cyni-
 phes producit, ut sint tam in hominibus, quam iumentis.
 Hoc animal (inquit Origenes) pennis suspendis-
 tur ppr aera uolitans, sed ita subtile & minutu, ut os
 culi uisum, nisi acute cernentis, effugiat. Corpus ta-
 me cui insederit, acerbissimo terebat stimulo, ut que
 uolante uidere quis non ualet, sentiat stimulate. Hoc
 ergo animal arti dialethice comparatur, qua minutis
 & subtilibus uerboru stimulis, animas terebrat, &
 tanta calliditate circūuenit, ut deceptus nec uideat
 nec intelligat unde decipiatur. Recte proinde glos-
 riatur Velsius se uirga sua producturum cyniphes,
 quia scribit se uocatum Christianu philosophum, &
 de peritia artis dialethica plurimum gloriatur, qua
 tamen toto conamine couertit ad subuersione & per-
 nitiam animarum. O felicem Velsium, & terq; quas
 terq; beatum, qui tanto interuallo post se relinquit
 Cropperu, Billikiu & Iesuitas, ut non possint ques
 admodu ipse, producere cyniphes. Dea reliqua audi-
 te, & cognoscite qua sibi non consistet Velsius. Dicit de

eō nō esse laborandū, qui iudices in hac causa sint futuri. & tamē nihilominus petita a Casare, & principibus Electoribus, ut ipsi tēpus & uiros pios graues & doctos cōstituāt, qui huic utilissima, & toti orbi (ut patebit inquit) saluberrima disputationi præsudeāt. In responsione autē ad undecimū interrogatorium, prouocās ad disputationē, & de iudice disputationis loquēs, In ea (inquit) neq; ego, nec uos iudices erimus, sed uerbū dei rectaq; ratio, eaq; uis ac lex quæ nō modo senior est, quam atas populorū & ciuitatū, sed æqualis illius, cælū atq; terras tuētis & regentis dei. Huius iudicio nos stare oportet. Ab hoc prouocatio nō datur. Quod autē locū huic disputationi opportunū, Colonia dicit Agrippinā, nō est obscurem quo id animo faciat, nimirū ut hoc pretextu remeandi Coloniā habeat potestatem, & tumultu in nūc pacatissima Republica homo scditiosus excitet. Porro quantū ad disputationē attinet, quā Velsius tanquā magnus quispiā & insuperabilis Theologus, imo uero reuera gloriosus Thraso, tā uehementer urget, respōdemus sacros canones uetare ac inhibere eiusmodi consiliū cū hæreticis, maxime in his quæ semel ab ecclesia sunt definita, quæ admodū in propugnatione interrogatorū sexti ostēdemus. Sōlet enim patres nō detrectare disputationis consiliū, si quæ incidissent quæstiōes nōdū per Ecclesiam definita, consueueruntq; ad discussionem eiusmodi quæstionum aduersarios inuitare, & Synodum congregare, in qua sub iudicibus ecclesiasticis, de cōtrouersis

erouersis defineretur & constitueretur. Sed si quis
 per ingenij prauitatem aut nouationis suum,
 nolens acquiescere sana doctrina, semel definitas
 quaestiones refricare, & rursus in dubium reuocare
 tentasset, non admittebatur ad disputationem, sed coer-
 cebatur. Haec patrum nostrorum uestigia, sicut oportet
 Ecclesiae filios, insequimur, damnantes quod damp-
 narunt illi, disputantes & excutientes quod nondum
 est excussum aut definitum. Iam uero quod Velsius
 dicit in frontispicio libelli sui, extremis hisce tem-
 poribus salutariter excitatas esse dubitationes &
 controuersias, eorum maxime opera, in quorum (aliquo
 usque a graui somno ueluti expergesaetorum)
 animis, dubia lux & tanquam diei crepusculum quod-
 dam exortu sit. Et in epistola ad Casarem &c. uarias
 hac nostra aetate in religionis negotio dubitationes
 & controuersias, neque uero eas leues & contemendas,
 inter homines exortas esse, quae aetates nostros ad solam
 ueritatis inquisitionem inuentionemque, tum extimula-
 ret, tum prepararet &c. nugamentum est Velsianum. Omnes
 etenim dubitationes & controuersiae in religionis
 negotio nostra aetate, exortae, nihil aliud sunt quam haereses
 ab apostatis & desertoribus ac nouatoribus, in
 maximam Reipublicam, Christianam perniciem excitatae
 imo & resuscitatae, quae ab Ecclesia Catholica merito
 sunt damnatae, ut iam aliter sentire non liceat,
 quam ab Ecclesia determinatum est. Caterum non esse dis-
 putandum cum haeticis Tertullianus in lib. de praescrip-
 tionibus aduersus haeticos eiusmodi docet uerbis:

nolens

Qui per fallaciam ueniunt, qualem fidem disputant? cui ueritati patrocinantur, qui eam a mendacio inducunt? Sed ipsi de scripturis agunt, & de scripturis suadent. Aliunde scilicet suadere non possent de rebus fidei, nisi ex literis fidei. Scripturas obtendunt, & hac sua audacia, statim quosdam mouent, in ipso uero congressu, firmos quidem fatigant, infirmos capiunt, medios cum scrupulo dimittunt. Hunc igitur potissimum gradum obstruimus, non admittendi eos, ad illam de scripturis disputationem, si hæc sunt illæ uires eorum, uti ne eas habere possint. Dispici debet, cui competat possessio scripturarum, ne is admittatur ad eandem, cui nullo modo competit. ¶ Hoc de consilio diffidentia, aut de studio aliter ineunda constitutio nis induxerim, nisi ratio constiterit in primis illa, quod fides nostra obsequium Apostolo debeat, prohibenti quæstiones inire, nouis uocibus aures accõsmodare, hereticum post unam correptionem, non conuenire, non post disputationem. Ideo interdixit disputationem, correptionem designans causa heretici conueniendi. & hoc unam, scilicet quia non est Christianus, ne more Christiani semel & iterum, & sub duobus aut tribus testibus castigandus uideretur, cum ob hoc sit castigandus, propter quod non sit cõ illo disputandum. Deinde quoniam nihil proficiat congressio scripturarum, nisi plane, ut aut stomachi quis ineat uersionem, aut cerebri. Ista hæresis nõ recipit quasdam scripturas, & si quas recipit, adiectionis

Titum. 3

tionibus & detractionibus, ad dispositionem institu-
 ti sui interuertit, & si recipit, non recipit integras,
 & si aliquatenus integras præstat, nihilominus di-
 uersas expositiones commentata conuertit. Tans-
 tum ueritati obstrepit ad alterum sensus, quantum &
 corruptor stilus. Variæ præsumptiones necessario
 nolunt agnoscere ea, per quæ reuincuntur. His nis-
 tuntur quæ ex falso composuerunt, & quæ de ambis-
 guitate caperunt. Quid promouebis exercitati-
 me scripturarum, cum si quid defenderis, negetur
 ex diuerso, si quid negaueris, defendatur. Et tu quis-
 dem nihil perdes, nisi uocem in contentionem, nihil
 cõsequeris, nisi uile de blasphematione laudẽ. Ille ue-
 ro si quis est, cuius causa in congressum descendi scri-
 pturarũ, ut eum dubitantem confirmes, ad ueritatẽ
 an magis ad hæreses deuerget: hoc ipso motus quod
 te uideat nihil promouisse a quo gradu negandi & de-
 fendendi, diuersa parte statutũ, certe & de pari altera-
 catione, incertior discedet, nesciens quam hæresim
 iudicet. hætenus ille Tertullianus. Hoc idem consi-
 lium uenerabilis Disinnius (ut refert Socrates)
 lib. 9. histo. Trip. cap. 18. uir eloquens & rebus ex-
 pertus, optimeque sciens sacrarum profundissi-
 maliterarum, sed & philosophica dogmata, magno
 Theodosio dedit, super compositione dissidiorum
 fidei, quæ illo tempore Ecclesiam Orientalem urge-
 bant, ab eo consultus, Disputatio (inquit) non solum
 schismata non unit, sed & hæreses & contentiones
 maiores adducit, ideoque consuluit, ut imperator

G contentio

60 REFUTATIO CALVM.

contentiones & disputationes fugeret, & testimonia ex traditione ueterum adhiberet in conclusione rerum fidei. Recte ergo Apostolus in 2. ad Timotheum epist. Noli (inquit) contendere uerbis, ad nihil enim utile est, nisi ad subuersionem audientium. Porro idem apostolus non temere hereticos, illis duobus magis Pharaonis adsimilat, dicens: Quemadmodum Iannes & Mambres resisterunt Moysi, ita & hi resistunt ueritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed ultra non proficiunt, insipientia enim eorum manifesta erit omnibus sicut & illorum fuit. Denique etiam si in disputatione superaueris hereticum & conuiceris, non tamen compesces, neque ullum frenum in iocore poteris heretico etiam superato. Non compescuntur disputatione, sed amplius insaniunt sauiuntque. Proprium est eorum (inquit Origenes) qui mendacii sunt doctores, obmutescere quidem quantum ad rem, non autem tacere, & quam etiam uix quaunt mutire, adhuc tamen non tacent. Postremo frustra quoque foret ista cum hereticis disputatio, maxime nostris his temporibus, eo quod non doceri uolunt, sed docere, nec ueritati demonstrata acquiescere, sed duntaxat suos errores pertinaciter adferre constituerunt. ¶ S. Augustinus epist. 48. ad Vincentium. Mea primitus (inquit) sententia erat, neminem ad unitatem Christi esse cogendum, uerbo esse agendum, disputatione pugnandum, ratione uincendum, ne j. d. os catholicos habereamus.

Tim. 3.

beremus, quos apertos hereticos noueramus. Sed
 hac opinio mea, non contradicentium uerbis, sed
 demonstrantium superabatur exemplis. Nam prius
 mo opponeretur mihi ciuitas mea, quæ cum tota
 esset in parte Donati, ad unitatem catholicam timore
 legum imperialium conuersa est, quam nunc
 uidemus ita huius uestre animositatis perniciem
 detestari, ut in ea nunquam fuisse credatur, &c.

Non est ergo Velsius ad disputationem admittendus,
 sed tamquam hereticus & sacramentarius, rigore legum imperialium
 coercendus & puniendus. Vale.

G. Pofres

Colonia Agrippina, Anno 1557.
 3. Februarij.

¶ Postremo catholice lector, quod cernis hic Velsum appellari Iustum, & etiam Iudocum, non a me factum est. Ego enim in titulo libri cum eo nomine designavi, quo ipse semetipsum. Quod autem in progressu uocatur Iudocus, id a fide dignis uiris factum est, qui asserunt eum non Iustum, sed Iudocum appellari. Quod si uerum est, magna leuitatis indicium est, propter quod non immerito obijciam ei, quod S. Ambrosius de Auxentio heretico Ariano scribit. Is enim ne cognosceretur quis esset, mutauit sibi uocabulum, appellans se Mercurinum, ad decipiendam plebem quam tenuerat. Mutauit (inquit in oratione contra Auxentium, de basilicis non tradendis) uocabulum, sed perfidiam non mutauit. Exiit lupum, & induit lupum. Vnum portentum est, & duo nomina. Nihil prodest, quod mutauit nomen, quid sit agnoscitur. Alius in Schythia partibus dicebatur, alius hic uocatur. Nomina pro regionibus habet. Habet ergo iam duo nomina, & si hinc alio pe rexerit, habebit & tertium. &c.

Societatis Jesu Paderbornae.


Errata sic corrigito.


Fol. 23. lin. 2. & astu. 27. lin. 5. a fine. exire. 31. l. 20. inultam. 53. lin. ult. ad mouemus. 59. lin. 19. cognitionis donum. 68. lin. 3. a fine, dictante. 69. lin. 14. ridiculis. 76. lin. 10. a fine. oratio.

M.


is hic vel
non a me
eo nomi
autem in
uiris fat
d iudocum
itatis ins
objiciam
etico Ars
quis esset,
curinum,
Mutavit
e basilicis
a non mus
num pora
est, quod
s in Schy
Nomina
nomina,
n. 66.


31. l. 20.
. cognis
. lin. 14.











Slotanus
de retinēda
fide orthodoxa

Th
1425